




PAVLI APO STOLI EPISTOLAE.



EPISTOLAE CATHOLICAE.

APOCALYPSIS BEATI IOANNIS.

Apud per Damianũ & Iacobũ philippũ de Turlinis fratres. Brix. Anno. M.D.XXXVII.

HIERONYMVS IN CAtalogo ſcriptorum eccleſiaſticorum.

PAVLVS Apoſtolus,qui ante Saulus, extra numerum duodecim apoſtolorũ,de tribu Beniamin & oppido Iudeæ Giſchalis fuit: quo a Romanis capto, cum parentibus ſuis Tarſum Ciciliæ commigrauit,a quibus ob ſtudia legis miſſus Hieroſolymã, a Gamaliele viro doctiſſimo,cuius Lucas meminit,eruditus eſt.Cum autem interfuiſſet neci martyris Stephani,& acceptis a pontifice templi epiſtolis:ad perſequendos eos qui Chriſto crediderant, Damaſcum pergeret, reuelatione compulſus ad fidem quæ in actibus apoſtolorum ſcribitur,in vas electionis de perſecutore tranſlatus eſt.Cũq; primum ad predicationẽ eius Sergius Paulus proconſul Cypri credidiſſet,ac eo quod eum Chriſti fidei ſubegerat,ſortitus eſt nomen Paulus, & iuncto ſibi Barnaba,multis vrbibus peragratis, reuertenſq; Hieroſolymam,a Petro Iacoboq; & Ioanne gentium Apoſtolus ordinatur.Et quia in actibus apoſtolorum pleniſſime de eius conuerſatione ſcriptum eſt, hoc tantũ dicam,quod poſt paſſionem domini viceſimoquinto anno,id eſt ſecundo Neronis,eo tempore quo Feſtus procurator Iudææ ſucceſſit Felici Romam vinctus mittitur,& biẽnium in libera manens cuſtodia,aduerſus Iudæos de aduentu Chriſti quotidie diſputauit. Sciendũ autem in prima ſatiſfactione,necdum Neronis imperio roborato,nec in tanta erũpente ſcelera,quanta de eo narrãt hiſtoriæ.Paulum a Nerone dimiſſum, vt euãgelium Chriſti,in occidẽtis quoq; partibus prædicaret, ſicut ipſe ſcribit in ſecunda epiſtola ad Timotheum, eo tempore quo & paſſus eſt,de vinculis dictat epiſtolam.In prima mea ſatiſfactione,nemo mihi affuit, ſed omnes me dereliquerunt, non eis imputetur.Dominus

autem mihi affuit & confortauit me, vt per me prędicatio compleretur, & audirent omnes gentes, & liberatus sum de ore leonis. Manifestissime leonem propter crudelitatem, Neronem significans. Et in sequentibus. Liberatus sum de ore leonis. Et statim. Liberauit me dominus ab omni opere malo, & saluauit me in regnum suum cœleste, quod scilicet præsens sibi sentiret imminere martyrium. Nam & in eadē epistola præmiserat. Ego enim iam immolor. & tempus resolutionis meæ instat. Hic ergo decimoquarto Neronis anno, eodē die quo Petrus Romæ pro Christo capite truncatus: sepultusq; est in via Ostiensi: anno post passionem domini tricesimoseptimo. Scrip sit autem decem ad septem ecclesias epistolas, ad Romanos vnam, ad Corinthios duas, ad Galatas vnam, ad Ephesios vnam, ad Philippenses vnam, ad Colossenses vnam, ad Thessalonicenses duas. Præterea ad discipulos suos. Timotheo duas. Tito vnam. Philemoni vnam. Epistola autem quæ fertur ad Hebræos non eius creditur, propter stili, sermonisq; distantiam: sed vel Barnabæ iuxta Tertullianum, vel Lucæ euangelistæ iuxta quosdam, vel Clementis, Romanæ postea ecclesiæ episcopi, quem aiunt sententias Pauli proprio ordinasse & ornasse sermone, vel certe quia Paulus scribebat ad Hebræos, & propter inuidiam sui ad eos nominis, titulum in principio salutationis amputauerat. Scripserat, vt Hebræus Hebræis Hebraice, id est suo eloquio disertissime, vt ea quæ eloquenter scripta fuerant in Hebræo, eloquentius verterentur in Græcum, & hanc causam esse, q a cæteris Pauli epistolis discrepare videatur. Legunt quidam & ad Laodicenses, sed ab omnibus exploditur.

ARGVMENTVM IN EPISTOLAM PAVLI AD ROMANOS.

ROmani, ſunt partis Italiæ. Hi præuenti ſunt a falſis apoſtolis, & ſub nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, in legem & prophetas erant inducti. Hos reuocat Apoſtolus ad veram & euangelicam fidem, ſcribens eis a Corintho, per Phœbem miniſtram eccleſiæ Cenchreenſis.



EPISTOLA PAVLI APO-
STOLI AD ROMANOS. CAP.I.

A 
AVLVS SERVVS
Ieſu Chriſti, vocatus apoſto-
lus, ſegregatus in euangeliũ
dei, quod añ promiſerat per
prophetas ſuos in ſcripturis
ſanctis de filio ſuo qui factus
eſt ei ex ſemine Dauid ſecun
dum carnem, qui prædeſtina
tus eſt filius dei in virtute ſe-
cundum ſpiritum ſanctificationis, ex reſurrectiõe mor-
tuorum Ieſu Chriſti domini noſtri, per quẽ accepimus
gratiam & apoſtolatum ad obediendum fidei in omni
bus gentibus pro nomine eius, in quibus eſtis & vos vo
cati Ieſu Chriſti, omnibus qui ſunt Romæ, dilectis dei
vocatis ſanctis, gratia vobis & pax a deo patre & domi
no noſtro Ieſu Chriſto. Primum quidẽ gratias ago deo
B meo per Ieſum Chriſtum pro omnibus vobis, quia fi-
des veſtra annunciatur in vniuerſo mundo. Teſtis enim
mihi eſt deus, cui ſeruio in ſpiritu meo in euangelio fi
lii, quod ſine intermiſſione memoriam veſtri facio ſem
per in orationibus meis, obſecrans ſi quo modo tandẽ
aliquando proſperum iter habeam in volũtate dei, ve-
niẽdi ad vos. Deſidero enim videre vos vt aliquid im
partiar vobis gratiæ ſpiritualis, ad confirmandos vos.
id eſt ſimul cõſolari in vobis per eam quæ inuicem eſt,
fidem veſtram atq; meã. Nolo autem vos ignorare fra-
tres, quia ſæpe propoſui venire ad vos (& prohibitus
ſum vſq; adhuc) vt aliquem fructum habeã in vobis, ſi
cut & in cæteris gentibus. Græcis ac barbaris, ſapienti-
bus, & inſipientibus debitor ſum, ita quod in me prõ-

ptum est,& vobis qui Romæ estis, euangelizare. Non
enim erubesco euangelium. Virtus enim dei est, in salu
tem omni credenti: Iudæo primum & Græco. Iustitia
Abac. 2. enim dei in eo reuelatur ex fide in fidem: sicut scriptū C
a est, Iustus autem ex fide viuit. Reuelatur enim ira dei
Heb.10. de cœlo super omnem impietatem & iniustitiam homi
g num eorum qui veritatem dei in iniustitia detinent,
Gal. 3.b quiaquod notum est dei, manifestum est in illis, deus
enim illis manifestauit. Inuisibilia enim ipsius a creatu
ra mūdi, per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciūtur:
sempiterna quoq; eius virtus & diuinitas, ita vt sint in
excusabiles. Quia cum cognouissent deum, non sicut
Ephe.4. deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanue
e runt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiēs
cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes stulti facti
sunt. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis dei, in si-
militudinem imaginis corruptibilis hominis, & volu-
crum, & quadrupedū & serpentium. Propter quod tra
didit illos deus in desideria cordis eorum: in immundi
tiam, vt contumeliis afficiāt corpora sua in semetipsis,
qui cōmutauerunt veritatem dei in mendacium, & co D
luerunt & seruierunt creaturæ, potius q̃ creatori, qui est
benedictus in secula. Amen. Propterea tradidit illos
deus in passiōes ignominiæ. Nam fœminæ eorum im
mutauerunt naturalem vsum, in eum vsum qui est con
tra naturam. Similiter autem & masculi, relicto natura
li vsu fœminæ: exarserunt in desideriis suis in inuicem,
masculi in masculos turpitudinem operantes, & merce
dem (quam oportuit) erroris sui in semetipsis recipien-
tes. Et sicut non probauerūt deum habere in noticia:
tradidit illos deus in reprobū sensum, vt faciant ea quæ
non conueniunt. repletos omni iniquitate, malitia, for-
nicatione, auaritia, nequitia: plenos inuidia, homicidio,
contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores

deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, i nuento
res malorum, parentibus non obedientes, insipientes,
incompositos, sine affectione, absq; fœdere, sine miseri
cordia. Qui cum iustitiam dei cognouissent, non intelle
xerunt, quoniam qui talia agunt, digni sunt morte, non
solũ qui ea faciũt, sed etiam qui consentiunt faciẽtibus.

CAP. II.

A PRopter qđ inexcusabilis es, o hõ omnis, qui iudi- Mat.7.a
cas. In quo enim iudicas alteɽ teipsum condẽnas,
eadem enim agis quæ iudicas. Scimus enim quoniã iu-
dicium dei est secundũ veritatem, in eos qui talia agũt.
Existimas autem hoc o homo qui iudicas eos qui talia
agunt & facis ea, quia tu effugies iudicium dei? An di
uitias bonitatis eius: & patientiæ & longanimitatis cõ
temnis? Ignoras quoniam benignitas dei ad pœniten- Mat. 15 d
tiam te adducit? Secundum autẽ duriciam tuam, & im
B penitens cor, thesaurisas tibi iram in die iræ & reuela-
tionis iusti iudicii dei, qui reddet vnicuiq; secundũ ope
ra eius, iis quidem secundum pacientiam boni operis,
gloriam & honorem & incorruptionem quærunt: vitã
æternam: iis autem qui sunt ex contentione, & qui nõ
acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & in
dignatio. Tribulatio, & angustia in omnem animã ho
minis operantis malum. Iudæi primum & Græci: glo-
C ria autem & honor & pax omni operanti bonum, Iu-
dæo primum & Græco. Non enim est acceptio perso-
narum apud deum. Quicunq; enim sine lege peccaue-
runt, sine lege & peribunt. Et quicunq; in lege peccaue
runt, per legem iudicabuntur. Non enim auditores le- Iac. 1
gis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabun
tur. Cum enim gentes quæ legem non habent, natura-
liter ea quæ legis sunt faciunt eiusmodi legem non ha
bentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scri-
ptum in cordibus suis, testimonium reddente illis con-

ſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem cogitationibus ac-
cuſantibus, aut etiam defendentibus, in die cum iudica
bit deus occulta hominũ m ſecundum euãgelium meũ
per Ieſum Chriſtum. Si autem tu Iudæus cognomina-
ris, & requieſcis in lege & gloriaris in deo: & noſti vo-
luntatem eius: & probas vtiliora inſtructus per legẽ: cõ
fidis teipſum eſſe ducem cæcorum, lumẽ eorum qui in
tenebris ſunt, eruditorem inſipientium, magiſtrum īfan
tium, habentem formã ſciẽtiæ & veritatis in lege. Qui
ergo alium doces, teipſum nõ doces? qui prædicas non
furandum: furaris? qui dicis non mœchandum, mœcha
ris? qui abominaris idola, ſacrilegium facis? qui in lege D
Eſa.52. gl'aris: per p̄uaricationẽ legis deũ īhonoras? Nomẽ.n.
b dei p vos blaſphematur inter gẽtes: ſicut ſcriptum eſt.
Eze.36. Circuncifio quidẽ prodeſt ſi legẽ obſerues: ſi autẽ p̄ua
ricator legis ſis: circũciſio tua p̄putiũ facta eſt. Si igitur
p̄putiũ iuſtitias legis cuſtodiat, nõne præputium illius
in circunciſionem reputabitur? & iudicabit id quod ex
natura eſt præputium, legẽ cõſumans, te qui per literã
& circunciſionem p̄uaricator legis e ? Nõ enim qui in
manifeſto. Iudæus eſt: neq; q̃ in in mãifeſto in carne, eſt
circunciſio: ſed qui in abſcondito Iudæus eſt, & circun
ciſio cordis in ſpiritu, nõ litera, cuius laus non ex homi
nibus, ſed ex deo eſt. CAP. III.

QVid ergo amplius Iudæo ẽ? aut quæ vtilitas cir
cunciſionis? Multum per omnem modum. Pri-
mum quidem quia credita ſunt illis eloquia dei. A
Ioan.3. Quid enim, ſi quidam illorum non crediderunt? Nun-
quid incredulitas illorum fidem dei euacuauit? Abſit.
Eſt autem deus verax: omnis autem homo mendax, ſi-
Pſal.115. cut ſcriptum eſt. Vt iuſtificeris in ſermõibus tuis: & vin-
Pſal.50. cas cum iudicaris. Si autem iniquitas noſtra iuſtitiã dei
commendat: quid dicemus? Nunquid iniquus eſt deus
qui infert iram? Secundum hominem dico. Abſit. Alio

B quin quomodo iudicabit deus hunc mundũ? Si enim
veritas dei in meo mẽdacio abundauit in gloriã ipsius:
quid adhuc & ego tanq̃ peccator iudicor, & non (sicut
blasphemamur, & sicut aiunt quidam nos dicere) facia
mus mala, vt veniant bona? quorum damnatio iusta est.
Quid ergo? Præcellimus eos? Nequaquam. Causati enĩ
sumus Iudæos & Græcos, omnes sub peccato esse: sicut Gal. 3. d.
scriptum est. Quia non est iustus quisquam, non est ĩtel Psal. 13.
ligens non est requirens deum. Omnes declinauerunt,
simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non
est vsque ad vnum. Sepulchrum patens est guttur eorum, Psal. 5. c.
linguis suis dolose agebant, venenum aspidum sub la- & 13. b.
biis eorum. Quorum os maledictione & amaritudine Psal. 139.
C plenum est: veloces pedes eorum ad effundendum san a.
guinem. Contritio & infelicitas in viis eorum. & viã pacis Psal. 9. c.
nõ cognouerũt, nõ est timor dei añ oculos eorum. Scimus Esa. 59.
autẽ quoniam quæcũque lex loquitur: iis qui in lege sunt b.
loquitur: vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis Psal. 13.
mundus deo, quia ex operibus legis non iustificabitur b.
omnis caro coram illo. Per legem enim, cognitio pecca-
ti. Nunc autem sine lege iustitia dei manifestata est: te- Gal. 2. d.
stificata a lege & prophetis. Iustitia autem dei: per fidẽ
Iesu Christi in omnes & super omnes qui credũt in eũ:
non enim est distinctio. Omnes enim peccauerunt, &
D egent gloria dei iustificati gratis per gratiam ipsius,
per redemptiõem quæ est in Christo Iesu, quẽ ꝓposuit
deus ꝓpiciatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostẽ
sionem iustitiæ suæ, propter remissionem ꝓcedentium
delictorum, in sustentatione dei, ad ostensionem iusti-
tiæ eius in hoc tempore, vt sit ipse iustus, & iustificans
eum qui est ex fide Iesu xp̃i. Vbi est ergo gloriatio tua?
Exclusa est. Per quam legem? Factorum? Non: sed p le
gem fidei. Arbitramur enim iustificari hominem per fi-
dem sine operibus legis. An Iudæorũm deus tantum?

Nonne & Gentium? Imo gentium: quoniam quidem vnus est deus qui iustificat circũcisionem ex fide: & pręputium per fidem. Legem ergo destruimus per fidem? Absit: sed legem statuimus. A

CAP. IIII.

Quid ergo dicemus inuenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem? Si enim Abraham
Gen. 15. b ex operibus iustificatus est, habet gloriã, sed nõ apud deum. Quid enim dicit scriptura? Credidit Abra
Gal. 3. a ham deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Ei autẽ qui
Iac. 2. d operatur: merces non imputatur secũdum gratiam: sed secundum debitum. Ei vero qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium: reputatur fides eius ad iustitiam secundum propositum gratiæ dei. Sicut & Dauid dicit beatitudinem hominis, cui deus ac- B
Psal. 31. a cepto fert iustitiam sine operibus. Beati quorum remissæ sunt iniquitates: & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum. Beatitudo ergo hæc, in circuncisione tantum manet, an etiam in præputio? Dicimus enim quia reputata est Abrahę fides ad iustitiam. Quomodo ergo reputata est? in circuncisione: an in p̃putio? Non in circuncisione, sed in p̃pu
Gen. 17. tio. Et signum accepit circũcisionis signaculum iustitiæ fidei quæ est in præputio: vt sit pater omnium creden- C
tium per præputium: vt reputetur & illis ad iustitiam: & sit pater circuncisionis, nõ iis tantum qui sunt ex circuncisione, sed iis qui sectantur vestigia fidei quæ est in præputio patris nostri Abrahæ. Non enim per legem, promissio Abrahæ aut semini eius vt hæres esset mundi: sed per iustitiam fidei. Si enim qui ex lege, hæredes sunt: exinanita est fides: abolita est p̃missio. Lex enim irã operatur. Vbi enim non est lex: nec p̃uaricatio. Ideo ex fide: vt secũdũ gratiã firma sit p̃missio: oĩ semini, nõ ei qui ex lege est solũ, sed & ei qui ex fide est Abrahæ, q

pater est omnium nostrum, sicut scriptum est. Quia pa-
trem multarum gentium posui te ante deum, cui credi Geñ. 17
disti, qui viuificat mortuos: & vocat ea quæ non sunt tã a
quam ea quæ sunt, qui cõtra spem in spem credidit, vt
fieret pater multarum gentium, secundum quod dictũ
est ei. Sic erit semen tuum sicut stellæ cœli & arena ma Geñ. 15
ris. Et non infirmatus est in fide: nec cõsiderauit corpus b
D suum emortuum, cum iam fere centum esset annorum:
& emortuam vuluam Saræ. In repromissiõe etiam dei
non hæsitauit diffidẽtia: sed confortatus est fide: dans Geñ. 15
gloriam deo: plenissime sciens quia quæcunque promisit b &. 15
deus, potens est & facere, ideo & reputatum est illi ad b
iustitiam. Non est autem scriptum tãtum propter ipm,
quia reputatum est illi ad iustitiam, sed & propter nos,
quibus reputabitur credentibus in eum qui suscitauit Ie
sum Christum dominum nostrum a mortuis, qui tradi-
tus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iusti-
ficationem nostram.

CAP. V.

A IVstificati ergo ex fide pacem habeamus ad deũ per
dominum nostrum Iesum Christum: per quem habe
mus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus Iac. 1. a
& gloriamur in spe gloriæ filiorum dei. Non solum au
tem: sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quod tri
bulatio pacientiam operatur, pacientia autem probatio
nem, probatio vero spem, spes autem non confundit:
quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiri Heb. 9.
tum sanctum qui datus est nobis. Vt quid enim Chri- d
B stus, cum adhuc infirmi essemus secundum tempus pro 1. Pe. 3. c
impiis mortuus est? Vix enim pro iusto qs moritur. nã
pro bono forsitan quis audeat mori. Commendat autẽ
charitatem suam deus in nobis: quoniam cum adhuc
peccatores essemus secundum tempus. Christus pro no
bis mortuus est. Multo igitur magis, nunc iustificati in
sanguine ipsius, salui erimus ab ira, per ipsum. Si enim

cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortē
filii eius, multo magis reconciliati, salui erimus in vita
ipsius. Non solum autem: sed & gloriamur in deo per
dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc re
conciliationem accepimus. Propterea, sicut per vnū ho
minem peccatum in hunc mundum intrauit, & per pec
catum mors, & ita in omnes homines, mors pertransiit
in quo omnes peccauerunt. Vsq; ad legem enim pecca
tum erat in mundo: peccatum autem nō imputabatur, C
cum lex non esset. Sed regnauit mors ab Adam vsq; ad
Moysen, ēt in eos qui nō peccauerūt in similitudinē p̄uari
cationis Adæ, q̄ est forma futuri. Sed nō sicut delictū,
ita & donū. Si.n. vnius delicto, multi mortui sūt: multo
magis gratia dei & donū, in gratia vnius hoīs Iesu xp̄i
in plures abundauit. Et non sicut per vnum peccatum,
ita & donum. Nam iudicium ex vno, in condemnatio
nem: gratia autem ex multis delictis: in iustificationem.
Si enim vnius delicto, mors regnauit per vnum: multo D
magis abundantiam gratiæ & donationis & iustitiæ ac
cipientes, in vita regnabūt per vnum Iesum Christum.
Igitur sicut per vnius delictum, in omnes homines in
condemnationem: sic & per vnius iustitiam, in oēs ho-
mines in iustificationem, vitæ. Sicut enim per inobediē
tiam vnius hominis, peccatores cōstituti sunt multi: ita
& per vnius obeditionem, iusti cōstituentur multi. Lex
autem subintrauit, vt abundaret delictū, Vbi aūt abū-
dauit delictum, superabūdauit & gratia: vt sicut regna-
uit peccatum in mortem: ita & gratia regnet per iustitiā
in vitam æternam per Iesum Christum dn̄m nostrum.

CAPVT. VI.

QVid ergo dicemus? Manebimus in peccato, vt
gratia abundet? Absit. Qui enim mortui sumus A
peccato, quomodo adhuc viuemus ī illo? An ignora-
tis fratres q̄a quicūq; baptizati sumus in Christo Iesu,

in morte ipsius baptizati sumus?Cōsepulti enim sumus
cū illo per baptismū in mortem:vt quomodo Christus Gal.3.
surrexit a mortuis per gloriam patris, ita & nos in no- d
uitate vite ambulemus.Si enim cōplantati facti sumus Hebr.
similitudini mortis eius:simul & resurrectionis erimus: a
hoc scientes quia vetus homo noster simul crucifixus ē: 1.Pet.2.
vt destruatur corpus pcī, vt vltra non seruiamus pctō. a
B Qui enim mortuus est, iustificatus a peccato.Si aūt mor Eph.4.
tui sumus cum Christo:credimus quia simul etiam viue e
mus cum Christo:scientes q Christus resurgens ex mor Col.3.b
tuis iam non moritur:mors illi vltra nō dominabitur.
Quod enim mortuus est pctō, mortuus est semel: quod
autem viuit, viuit deo.Ita & vos existimate vos mortu
os quidem esse peccato:viuētes autem deo in Christo
Iesu.Non ergo regnet peccatum in vestro mortali cor-
pore, vt obediatis cōcupiscentiis eius.Sed neq; exhibea
C tis membra vestra, arma iniquitatis peccato: sed exhibe
te vos deo tanq̄ ex mortuis viuētes, & membra vestra,
arma iustitiæ deo.Peccatum enim vobis non domina-
bitur.Non enim sub lege estis, sed sub gratia.Quid er-
go?Peccabimus:quoniam non sumus sub lege, sed sub
gratia? Absit. An nescitis quoniam cui exhibetis vos Ioā.8.d
seruos ad obediendum, serui estis eius cui obeditis, siue 2.Pe.2.d
peccati ad mortem;siue obeditionis ad iustitiam?Gra-
tias autem deo, quod fuistis serui peccati, obedistis autē
ex corde, in eam formā doctrinæ in quam traditi estis.
Liberati autē a peccato, serui facti estis iustitiæ.Huma-
num dico, propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut enī
D exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & ini-
quitati ad iniquitatē:ita nunc exhibete membra vestra
seruire iustitiæ in sanctificationē. Cum enim serui esse-
tis peccati, liberi fuistis iustitiæ.Quem ergo fructum ha
buistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis? Nam fi
nis illorū mors est.Nūc vero liberati a peccato, serui aūt

facti deo, habetis fructum in sanctificationem, finem vero vitam æternam. Stipendia enim peccati mors gratia autem dei vita æterna in Christo Iesu dño nostro.

CAP. VII.

AN ignoratis fratres (scientibus enim legẽ loquor)
1.Cor.7. g quia lex in homine dominatur quanto tempore A
viuit? Nam quæ sub viro est mulier, viuẽte viro, alligata est legi: si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est a lege viri. Igitur viuente viro, vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro: si autem mortuus fuerit vir eius, libera ta est a lege viri, vt non sit adultera si fuerit cum alio viro. Itaq; fratres mei, & vos mortificati estis legi per corpus Christi: vt sitis alterius qui ex mortuis resurrexit vt fructificetis deo. Cum enim essemus in carne: passiones
peccatorum quæ per legem erant, operabantur in mem B
bris nostris, vt fructificarent morti. Nunc autem soluti sumus a lege mortis in qua detinebamur, ita vt seruiamus in nouitate spũs, & non in vetustate literæ, Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui, nisi per legem: nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: non concupisces. Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in
Exo.20. c me omnem cõcupiscẽtiam. Sine lege enim, pctm̃ mortuum erat. Ego autem viuebam sine lege aliquando. Sed
Deut.5. b cum venisset mandatum, peccatum reuixit. Ego autem mortuus sum: & inuentum est, mihi mandatum quod
erat ad vitam, hoc esse ad mortem. Nam pctm̃, occasio C
ne accepta per mandatum, seduxit me & per illud occidit. Itaq; lex quidem sancta, & mãdatum sctm̃, & iustũ,
1.Timo. 2.b & bonum. Quod ergo bonum est, mihi factũ est mors? Absit. Sed peccatum vt appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem, vt fiat supra modũ peccans peccatum per mãdatũ. Scimus enim quia lex spiritualis est: ego autem carnalis sum, vænundatus sub peccato.

Quod enim operor, non intelligo. Non enim quod vo
lo bonum, hoc ago: sed quod odi malum, illud facio. Si
autem quod nolo, illud facio consentio legi. quoniam
D bona est. Nunc aūt iam nō ego operor illud: sed quod
habitat in me peccatum. Scio enim quia non habitat in
me, hoc est, in carne mea, bonū. Nam velle adiacet mi-
hi: perficere autem bonum, non inuenio. Non enim qđ
volo bonū, hoc facio: sed quod nolo malum, hoc ago. Si
autem quod nolo, illud facio, iam nō ego operor illud,
sed quod habitat in me peccatum. Inuenio igitur legē,
volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum ad-
iacet. Condelector enim legi dei secundum interiorem
hominem: video autem aliam legē in membris meis re
pugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in le
ge peccati quæ est in membris meis. Infelix ego homo,
quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei p
Iesum Christum dominum nostrū. Igitur ego ipse men
te seruio legi dei: carne autem, legi peccati.

CAPVT VIII.

A NIhil ergo nunc dānationis est iis qui sunt in Chri
sto Iesu: qui non secūdum carnem ambulant. Lex
enim spiritus vitæ in Christo Iesu, liberauit me a lege
pcī & mortis. Nam quod impossibile erat legi, in quo
infirmabatur per carnem: deus filium suum mittēs in si-
militudinem carnis peccati, & de peccato dānauit pec-
catum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis,
qui non secundum carnem ambulamus, sed secundū spi
ritum. Qui enim secundum carnē sunt: quæ carnis sunt
sapiunt: qui vero secundum spiritum sunt: quæ sunt spi
ritus sentiunt. Nam prudentia carnis, mors est: pruden-
tia autem spiritus, vita & pax: quoniam sapiētia carnis,
B inimica est deo: legi enim dei non est subiecta, nec enim
pōt. Qui aūt in carne sunt, deo placere nō possunt. Vos
aūt in carne non estis, sed in spiritu: si tamē spūs dei ha-

bitat in vobis.Si quis autem spiritũ Christi non habet,
hic non est eius.Si aũt Christus in vobis est:corpus quidem mortuum est ꝑpter pctm̄,spiritus vero viuit ꝑpter iustificationẽ.Quod si spiritus eius qui suscitauit Iesum a mortuis,habitat in vobis:qui suscitauit Iesum Xp̄m a mortuis,viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitãtem sp̄m eius in vobis. Ergo fratres,debitores sumus:non carni:vt secũdum carnem viuamus. Si enim C
secundum carnem vixeritis,moriemini:si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quicũq;.n.sp̄ũ dei
2.Tim. aguntur,ii sunt filii dei.Non enim accepistis sp̄m serui-
1.b tutis iterum in timore,sed accepistis spiritum adoptiōis
Gal.4.a filioꝝ,in quo clamamus abba:pater. Ipse enim spiritus testimoniũ reddit spiritui nostro quod sumus filii dei.Si autẽ filii,& hæredes,hæredes quidem dei: cohæredes autem Christi:si tñ compatimur: vt & conglorificemur. Existimo enim ꝙ non sunt condigne passiones huius D
temporis:ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis Nam expectatio creaturæ,reuelationẽ filiorum dei expectat.Vanitati enim creatura subiecta est,non volens: sed ꝑpter eũ qui subiecit eam in spe:quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis,in libertatem gloriæ filiorum dei.Scimus enim ꝙ omnis creatura ĩgemiscit,& parturit vsq; adhuc.Nõ solum autem illa,sed & nosipsi primitias spiritus habentes & ipsi intra nos gemimus adoptionem filioꝝ dei,expectantes redẽptionẽ corporis nostri.Spe enim salui facti sumus. Spes aũt quę videtur:nõ est spes.Nam quod videt quis,quid sperat? Si autem quod non videmus speramus,per pacientiam expectamus.Similiter autem & spiritus adiuuat infirmitatem nostram.Nam quid oremus sicut oportet,nescimus:sed ipse sp̄us postulat pro nobis:gemitibus inenarrabilibus.Qui autem scrutatur corda,scit quid desideret spiritus,quia secundum deum postulat pro sanctis.

Scimus

Scimus autem quoniam diligentibus deum oia coope-
F rantur in bonum, iis qui secundum ppositum vocati
sunt sancti, Nam quos præsciuit, & prædestinauit, con
formes fieri imaginis filii sui: vt sit ipse primogenitus ĩ
multis fratribus Quos autem pdestinauit, hos & voca-
uit: & quos vocauit, hos & iustificauit: quos autem iusti-
ficauit, illos & glorificauit. Quid ergo dicemus ad hæc?
Si deus pro nobis: quis contra nos? Qui etiam proprio
filio suo non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit
illum: quõ non etiam cum illo omnia nobis donauit?
G Quis accusabit aduersus electos dei? Deus qui iustificat.
Quis est qui condẽnet? Christus Iesus qui mortuus est:
imo qui & resurrexit, qui & est ad dexteram dei: qui ẽt
interpellat pro nobis. Quis ergo nos separabit a charita
te Christi? Tribulatio? an angustia? an fames? an nudi-
tas? an periculum? an persecutio? an gladius? sicut scri- Psa.43.
ptum est. Quia propter te mortificamur tota die: ęstima d
ti sumus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus supe-
ramus propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim
quia neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principatus:
neq; virtutes, neq; instantia: neq; futura, neq; fortitudo:
neq; altitudo, neq; profundum, neq; creatura alia pote
rit nos separare a charitate dei, quæ est in Christo Iesu
domino nostro.

CAPVT IX.

A VEritatem dico in Christo Iesu non mentior: testi-
monium mihi perhibente conscientia mea in spũ
sancto: quoniam tristitia mihi magna est, & continuus
dolor cordi meo. Optabã enim ego ipse anathema esse
a xp̃o pro fratribus meis qui sunt cognati mei secũdum
carnẽ, qui sunt Israelitæ: quorũ adoptio est filiorũ & glo
ria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & pro-
B missa, quorũ patres, ex quibus est Christus secundum car
nem, qui est sup omnia deus benedictus in scl'a. Amen.
Non autem quod exciderit verbum dei. Nõ enim oẽs

qui ex Israel sunt, ii sunt Israelitæ: neq; qui semen sunt
Ge.21.b Abrahæ, omnes filii. Sed in Isaac vocabitur tibi semẽ,
Gal.4. id est, non qui filii carnis: hi filii dei, sed qui filii sunt ꝓ-
missionis: æstimantur in semine, Promissionis enim ver
Ge.18.b bum hoc est. Secũdum hoc tp̃s veniam, & erit Sarræ fi
Ge.25.c lius. Non solum autem illla, sed & Rebecca ex vno cõ C
cubitu habens: Isaac patris nostri. Cum enim nondum
nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali, vt se-
cundum electionem ꝓpositum dei maneret, nõ ex ope
ribus: sed ex vocante dictum est ei. Quia maior seruiet
Ge,25.c minori, sicut scriptum est: Iacob dilexi. Esau autẽ odio
Mala.1.c habui. Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud
deum? Absit. Moysi enim dicit: Miserebor cuius misere
or, & misericordiam p̃stabo: cuius miserebor. Igitur non
Exo.33. volentis, neq; currentis, sed miserentis est dei. Dicit.n. D
d scriptura Pharaoni: Quia in hoc ipsum excitaui te, vt
Exo.9.d ostendam in te virtutem meam, & vt annuncietur no-
men meum in vniuersa terra. Ergo, cui vult miseretur:
& quẽ vult indurat. Dicis itaq; mihi. Quid adhuc quæ
ritur? Voluntati enim eius quis resistit? O homo, tu q̃s
Esa.45. es qui r̃ndeas deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se
b finxit. Quid me fecisti sic? An nõ habet p̃tãtem figulus
Hier.18. luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in hono-
a rem: aliud vero in contumeliam? Quod si deus volens
Sap.15. ostendere iram, & notam facere potentiam suam, susti-
b nuit in multa patientia vasa iræ apta in interitum, E
Oseæ.2. vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ
d quæ p̃parauit in gloriam. Quos & vocauit, nos: nõ solũ
1.Pe.2.b ex Iudæis: sed etiã ex gentibus, sicut in Osee dicit. Vo
Oseæ.1. cabo non plebem meã, plebem meam, & nõ dilectam,
d dilectam, & non misericordiã consecutam, misericordi
Esa.10.c am consecutam. Et erit in loco vbi dictum est eis. Non
plebs mea vos, ibi vocabuntur filii dei viui. Esaias autẽ
clamat pro Israel. Si fuerit numerus filiorũ Israel tanq̃

arena maris, reliquiæ saluæ fient. Verbum autem con-
F summans, & abbreuians in æquitate, quia verbū breuia
tum faciet dominus super terrā. Et sicut pdixit Esaias.
Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semē, sicut So Esa.1.c
doma facti essemus, & sicut Gomorra similes fuissemus
Quid ergo dicemus? Quod gentes quæ non sectaban-
tur iustitiam: apprehenderunt iustitiam: iustitiam autē
quæ ex fide est. Israel vero sectando legem iustitiæ, in
legem iustitiæ non peruenit. Quare? Quia non ex fide: Esa.28.
sed quasi ex operibus. Offenderunt enim in lapidem d &.8.c
offensionis: sicut scriptum est. Ecce pono in sion lapi- 1.Pe.2.b
dem offensionis, & petram scandali, & omnis qui cre-
dit in eum, non cōfundetur. CAP. X.

A FRatres voluntas quidem cordis mei, & obsecratio
ad deum, fit pro illis in salutem. Testimonium.n.
perhibeo illis, quod æmulationem quidem dei habent,
sed non secundum scientiā, ignorātes enim iustitiā dei,
& suam q̄rentes statuere, iustitiæ dei non sunt subiecti.
Finis enim legis Christus: ad iustitiam omni credenti.
Moyses enim scripsit, qm̄ iustitiam quæ ex lege est. Qui Leui.81.
fecerit homo viuet in ea. Quæ autem ex fide est iustitia: a
sic dicit. Ne dixeris in corde tuo: Quis ascendet in cœ- Eze.20.
B lum? id est Christum deducere. Aut, quis descendet in b
abyssum? hoc est Christum à mortuis reuocare. Sed quid Deu3.0.
dicit scriptura? Prope est verbum in ore tuo, & in corde c
tuo: hoc est verbum fidei, quod pdicamus. Quia si confi
tearis in ore tuo dn̄m Iesum, & in corde tuo credideris,
q deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris. Corde em̄
creditur ad iustitiam: ore autem cōfessio fit ad salutem.
Dicit enim scriptura. Omnis qui credit in illum non cō
fundetur. Non enim est distinctio Iudæi & Græci. Nā
idem dn̄s omnium, diues in omnes qui inuocant illū.
Omnis enim quicunq; inuocauerit nomen domini, sal-
uus erit. Quomodo ergo inuocabunt eum in quem non

crediderunt? Aut quomodo credent ei quem nõ audie-
runt? Quomodo aũt audient sine prædicante? Quomo
do vero prædicabunt, nisi mittantur, sicut scriptum est.
Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euange
Esa.52 lizantium bona. Sed non omnes obediunt euangelio.
b Esaias enim dicit. Dñe, quis credidit auditui nostro? Er- D
Naũ.1. go fides, ex auditu, auditus autem, per verbum Christi.
d Sed dico. Nunquid non audierunt? Et quidem in oẽm
Esa.52. terrã exiuit sonus eorũ: & in fines orbis terræ verba eo-
a rum, Sed dico. Nunquid israel non cognouit? Primus
Ioã.12.f Moyses dicit. Ego ad æmulatiõem vos adducam in nõ
Psa.18.a gentem: in gentem insipientem, in iram vos mittã. Esa
Deu.32. ias autem audet & dicit. Inuentus sum a` non quærenti
c bus me: pala`m apparui iis qui me non interrogabant.
Esa.65. Ad Israel ãt dicit, Tota die expandi manus meas ad po
a pulũ non credentẽ & contradicentem. CAP. XI.
Esa.65. DIco ergo. Nunquid deus repulit populum suum?
Absit. Nã & ego Israelita sum, ex semine Abra- A
ham de tribu Beniamin. Non repulit deus plebem suã
quam præsciuit. An nescitis in Elia quid dicit scriptura?
quemadmodum interpellat deũ aduersum Israel? Do-
mine, prophetas tuos occiderunt, & altaria tua suffode
3.Reg. runt: & ego relictus sum solus, & quærunt animam me
19.b am. Sed quid dicit illi diuinum responsum? Reliqui mi
hi septem millia virorum: qui non curuauerunt genua
Esa.6.c ante Baal. Sic ergo & in hoc tempore, reliquiæ secũdũ
Mat.13. electionem gratiæ factæ sunt. Si autem gratia: iam non B
b ex operibus. Alioquin gratia iam non est gratia. Quid
Io.13.f ergo? Quod quærebat Israel, hoc non est cõsecutus: ele
Act.28. ctio autem consecuta est, cæteri vero excæcati sunt: sicut
f scriptũ est. Dedit illis deus spm̃ compunctionis: oculos,
Psal.98. vt non videãt: & aures, vt non audiant vsq; in hodier-
e num diem: Et Dauid dicit. Fiat mensa eorũ coram ipsis
in laqueum, & in captionem & scandalum & in retri-

butionē illis. Obſcurentur oculi eoꝝ ne videant: & dor
ſum eoꝝ ſemper incurua. Dico ergo. Nunqd ſic offen-
derunt vt caderēt? Abſit. Sed illoꝝ delicto: ſalus genti
bus, vt illos æmulentur. Quod ſi delictum illorum diui
tiæ ſunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ gentium,
quanto magis plenitudo eorum? Vobis enim dico gē-
tibus. Quandiu quidem ego ſum gentium Apoſtolus,
miniſterium meum honorificabo, ſi quomodo ad æmu
landum prouocem carnem meam. & ſaluos faciam ali-
quos ex illis. Si enim amiſſio eoꝝ, reconciliatio eſt mun
C di: q̄ aſſumptio niſi vita ex mortuis? Quod ſi delibatio
ſcā eſt: & maſſa, & ſi radix ſancta, & rami. Quod ſi ali-
qui ex ramis fracti ſunt, tu aūt cum oleaſter eſſes, inſer-
tus es in illis, & ſocius radicis & pīguedinis oliuæ factus
es, noli gloriari aduerſus ramos. Quod ſi gloriaris: non
tu radicem portas ſed radix te. Dicis ergo: Fracti ſunt ra
mi, vt ego inſerar. Bene. Propter incredulitatem fracti
A ſunt, tu autem fide ſtas, noli altum ſapere ſed time. Si
enim deus naturalibus ramis non pepercit: ne forte nec
tibi parcat. Vide ergo bonitatē & ſeueritatē dei, in eos
quidem qui ceciderunt, ſeueritatē: in te autem bonitatē
dei, ſi permanſeris in bonitate, alioquin & tu excideris.
Sed & illi, ſi non permanſerint in incredulitate: inſeren
tur: potens eſt enim deus iterum inſerere illos. Nam ſi
& tu ex naturali excīſus es oleaſtro, & contra naturā in
ſertus es in bonā oliuā, quanto magis ii qui ſecundū na-
B D turam, inſerentur ſuæ oliuæ? Nolo.n.vos ignorare fra-
tres myſteriū hoc, vt non ſitis vobiſipſis ſapientes, quia
cæcitas ex parte cōtigit ī Iſrael: donec plenitudo gētiū
intraret, & ſic oīs Iſrael ſaluus fieret: ſicut ſcriptū ē. Ve- Eſa.59
niet ex Siō, q eripiat & auertat īpietatē a Iacob. Et hoc d
illis a me teſtm̄, cū abſtulero pc̄tā eoꝝ. Scd̄m euangeliū
quidem inimici propter vos: ſecundum electiōem aūt,
chariſſimi propter patres. Sine pœnitentia.n.ſunt dona

& vocatio dei. Sicut enim aliquando & vos non credi
distis deo, nunc aũt misericordiam cõsecuti estis ꝑpter
incredulitatem illorum, & ita isti nunc non crediderunt
in vestram misericordiam, vt & ipsi misericordiã conse
quantur. Conclusit enim deus omnia in incredulitate,
vt omnium misereatur. O altitudo diuitiarũ sapientiæ
& scientiæ dei: quam incomprehensibilia sunt iudicia
Sap.9.c eius, & inuestigabiles viæ eius? Quis enim cognouit sẽ
Esa.40. d sum domini? Aut quis consiliarius eius fuit? Aut qs pri-
or dedit illi: & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, & per
1.Cor.2. d ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi gloria in secula seculo
rum. Amen. A

CAP. XII.

Phil.4. d OBsecro itaq; vos fratres per misericordiam dei, vt
exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem: san
ctam, deo placentem, rationabile obsequium vestrum.
Et nolite cõformari huic seculo: sed reformamini in no
Eph.5. d uitate sensus vestri, vt probetis quæ sit, voluntas dei bo
na, & beneplacens, & perfecta. Dico enim per gratiam
1.Thes. 4.a quæ est data mihi, omnibus qui sunt inter vos. Nõ plus B
sapere q̃ oportet sapere, sed sapere ad sobrietatẽ, & vni
1.Cor. 12.b cuiq; sicut deus diuisit mensurã fidei. Sicut enim in vno
corpore multa membra habemus, omnia aũt membra
Eph.4. d non eundem actum habent: ita multi vnum corpus su-
mus in Christo, singuli aũt alter alterius membra, habẽ
tes donationes, secundum gratiã quæ data est nobis, dif
ferentes: siue prophetiam secundũ rationem fidei, siue
Amos, 5.d ministerium in ministrando: siue qui docet in doctrina:
qui exhortatur in exhortando: qui tribuit in simplicita-
Eph. 4. a te: qui præest in solicitudine: qui miseretur in hilaritate.
Dilectio sine simulatione: odiẽtes malum: adhærentes C
1.Pe.2.c bono: charitatem fraternitatis inuicem diligentes: hono
1.Pe.5.b re inuicem ꝑuenientes: solicitudine non pigri: spũ fer-
uentes: domino seruientes: spe gaudentes: in tribulatio
ne patientes, orationi instantes: necessitatibus sanctorũ

cōmunicantes hoſpitalitatem ſectantes.Benedicite pſe Heb.13.
D quentibus vos.Benedicite,& nolite maledicere.Gaude c
re cum gaudentibus:flere cum flentibus.Idipſum inuicē 1.Pe.4.c
ſentientes. Non alta ſapientes, ſed humilibus conſen- Prouer.
tientes.Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos.Nul- 3.a
li malum pro malo reddentes.Prouidentes bona, nō tā 1.Pe.3.d
tum coram deo, ſed etiam coram oībus hominibus . Si 2.Cor.8.
fieri poteſt:quod in vobis eſt, cum omnibus hoībus pa- d
cem habentes.Non voſmetipſos defendentes chariſſi- Heb.12.
mi, ſed date locum iræ, ſcriptum eſt enim. Mihi vindi- d
ctam, ego retribuam:dicit dominus.Sed ſi eſurierit ini- Eccl.28.
A micus tuus, ciba illum, ſi ſitit potū da illi. Hoc enim fa- a
ciens, carbones ignis congeres ſup caput eius.Noli vin Deu.32.
ci a malo, ſed vince in bono malum. e

CAP. XIII. Heb.10.

A Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita c
ſit.Non eſt enim ptās niſi a deo: quæ aūt ſunt a Prouer.
deo ordinatæ ſunt.Itaq; qui reſiſtit poteſtati:dei ordina 25.c
tioni reſiſtit.Qui aūt reſiſtunt, ipſi ſibi damnatiōem ac 1.Pe.2.c
B quirunt:nam principes non ſunt timori boni operis ſed Sap.6.a
mali.Vis aūt non timere ptātem?bonum fac & habebis
laudem ex illa:dei enim miniſter eſt tibi in bonum . Si
autem malum feceris, time.Non enim ſine cauſa gladi
um portat, dei enim miniſter eſt, vindex in iram, ei qui
malum agit.Ideoq; neceſſitati ſubditi eſtote: non ſolū
propter iram, ſed etiam propter conſcientiam. Ideo.n.
B & tributa præſtatis, miniſtri enim dei ſunt : in hoc ipm
ſeruiētes.Reddite ergo omnibus debita, cui tributum,
tributum, cui vectigal, vectigal, cui timorem.timorē, cui
C honorem, honorem.Nemini quicq̄ debeatis niſi, vt in Mat.22.
uicem diligatis, qui enim diligit proximum, legem im- c
pleuit.Nam.Non adulterabis:Non occides, Non fu- Exo.20.
raberis, Non falſum teſtimonium dices.Non concupi- c
ſces, & ſi quod ē aliud mādatū, i hoc verbo inſtauratur. Deu.5.b

Leu.19. Diliges proximum tuum ſicut teipſum.Dilectio proxi-
d mi,malum non operatur.Plenitudo ergo legis, eſt dile D
Mat.22. ctio.Et hoc ſcientes tempus quia hora eſt iam nos de
d ſomno ſurgere. Nũc enim propior eſt noſtra ſalus, quã
Mar.12. cum credidimus.Nox pceſſit:dies autem appropinqua
c uit.Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur
Gal.5.c arma lucis: ſicut in die, honeſte ambulemus:non in cõ-
Iac.2.b meſſationibus & ebrietatibus, nõ in cubilibus & impu
dicitiis, non in contentione & æmulatione: ſed indui-
mini dominum Ieſum Chriſtum:& carnis curam ne fe-
ceritis in deſideriis. CAP. XIIII.

INfirmum aũt in fide:aſſumite:non in diſceptationi A
bus cogitationum, alius enim credit ſe manducare
omnia, qui autem infirmus eſt:olus manducat. Is qui
manducat:non manducantem non ſpernat, & qui non
manducat: manducantem non iudicet:deus enim illũ
aſſumpſit.Tu qs es, qui iudicas alienum ſeruum? Domi
Iac.4.d no ſuo ſtat aut cadit, ſtabit autem.Potens eſt enim de-
us ſtatuere illũ.Nam alius iudicat diẽ īter diẽ:alius aũt
iudicat omnem diem. Vnuſquiſq; in ſuo ſenſu abũdet. B
Qui ſapit diem:domino ſapit.Et qui manducat:domi-
no manducat:gratias enim agit deo, Et qui non man-
ducat:domino non manducat, & gratias agit deo. Ne-
mo enim noſtrum ſibi viuit:& nemo ſibi moritur. Siue
enim viuimus domino viuimus, ſiue morimur, domino
morimur, ſiue ergo viuimus, ſiue morimur: domini ſu-
2.cor.5. mus.In hoc enim Chriſtus mortuus eſt:& reſurrexit, vt
b & viuorum & mortuorum dominetur. Tu autem quid
Eſa.45. iudicas fratrem tuum? aut tu quare ſpernis fratrem tuũ?
d Omnes enim ſtabimus ante tribunal Chriſti: ſcriptum
Phi. 2.b eſt enim. Viuo ego dicit dominus, qm̃ mihi flectetur oẽ
genu:& omnis lingua confitebitur deo. Itaq; vnuſquiſq;
noſtrum pro ſe rationem reddet deo. Non ergo ampli C
us inuicem iudicemus:ſed hoc iudicate magis, ne pona

tis offendiculum fratri vel scandalum. Scio & confido
in domino Iesu, quia nihil cōmune per ipsum, nisi ei q
existimat quid cōe esse, illi cōe est. Si enim propter cibū
frater tuus contristatur: iam non secundum charitatem
D ambulas. Noli cibo tuo illum perdere pro quo christus 1.Cor.8. d
mortuus est. Non ergo blasphemetur bonum nostrū.
Non est enim regnum dei esca & potus: sed iustitia &
pax, & gaudium in spiritu sancto, qui enim in hoc ser-
uit Christo placet deo, & probatus est hominibus. Itaq;
quæ pacis sunt, sectemur: & quæ ædificationis sunt, inui
cem custodiamus, noli propter escam destruere opus dei
Omnia quidem sunt mūda, sed malum est homini qui
C per offendiculum manducat. Bonum est non manduca- Tit.1.d
re carnem & non bibere vinum, neq; in quo frater tuus
offenditur aut scandalizatur aut infirmatur. Tu fidē ha 1.Cor.8. d
bes penes temetipsum: habe coram deo. Beatus qui nō
iudicat semetipsum in eo quod probat. Qui autē discer
nit, si manducauerit, damnatus est: quia non ex fide. Oē
autem quod non est ex fide: peccatum est.

CAP. XV.

A Debemus autem nos firmiores, imbecillitates infir-
morum sustinere, & non nobis placere. Vnusquisq;
vestrum proximo suo placeat in bonum, ad ædificatio
nem. Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptū Psal.68. b
est. Improperia improperantium tibi, ceciderunt super
me. Quæcunq; enim scripta sunt, ad nostram doctrinā
scripta sunt: vt per patientiam & consolationem scriptu
rarum, spem habeamus. Deus autem patientiæ & sola-
B tii, det vobis idipsum sapere in alterutrum secundū Ie-
sum Christum: vt vnanimes, vno ore honorificetis deū,
& patrem dn̄i nostri Iesu Christi. Propter quod suscipi 1.Cor.1. b
te inuicē, sicut & Christus suscepit vos in honorem dei.
Dico.n. Christū Iesum, ministrū fuisse circūcisionis pro
pter veritatē dei, ad cōfirmādas promissiones patrum

Psal.17. Gentes autem super misericordia, honorare deum, sicut
d scriptum est. Propterea confitebor tibi in gentibus dñe C
2.Reg. & nomini tuo cantabo. Et iterũ dicit. Lætamini gentes
22.d cum plebe eius. Et iterum. Laudate oẽs gentes dñm:&
Psal. 116 magnificate eum oẽs populi. Et rursus Esaias ait. Erit ra
a dix Iesse, & qui exurget regere gentes, in eo gentes spe
Esa. 11.c rabunt. Deus aũt spei, repleat vos omni gaudio & pace
in credendo, vt abundetis in spe, in virtute spiritus san-
cti. Certus sum autem fratres mei & ego ipse de vobis,
quoniam & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni sciẽ
tia, ita vt possitis alterutrum monere. Audacius aũt scri
psi vobis fratres ex parte tanq̃ in memoriam vos redu-
cens, ꝓpter gratiam quæ data est mihi a deo, vt sim mi- D
nister Christi Iesu in gentibus, sanctificans euangelium
dei: vt fiat oblatio gentium accepta & sanctificata in spi
ritu sancto. Habeo igitur gloriam in Christo Iesu ad de
um. Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ p me
non effecit Christus in obedientiam gentium verbo &
factis: in virtute signorum & ꝓdigiorum, in virtute spũs
sancti, ita vt ab Hierusalem per circuitũ vsq; ad Illyri
cum repleuerim euangeliũ Christi. Sic aũt p̃dicaui euan
Esa. 52. gelium hoc, non vbi nominatus est Christus, ne super
d alienum fundamentum ædificarem, sed sicut scriptũ est. E
Quibus non est annunciatum de eo: videbunt, & q nõ
audierũt de eo, intelligent, ꝓpter quod & impediebar
plurimum venire ad vos: & ꝓhibitus sum vsq; adhuc.
Nunc vero vlterius locum non habens in his regioni-
bus, cupiditatem habens veniendi ad vos ex multis iã
pæcedẽtibus annis: cum in Hispaniã proficisci cœpero,
spero quod p̃teriens videam vos, & a vobis deducar il F
luc: si vobis primum ex parte fruitus fuero. Nunc igitur
proficiscor in Hierusalẽ ministrare sanctis. Probauerunt
enim Macedonia & Achaia collationem aliquam face-
re in paupes sanctos qui sunt in Hierusalem. Placuit. n.

eis:& debitores sunt eorum.Nam si spūalium eoꝝ parti
C cipes facti sunt gētiles, debent & in carnalibus ministra 1.Cor.
re illis.Hoc igitur cum cōsummauero & assignauero eis 9.b
G fructum hunc:per vos proficiscar in Hispaniam.Scio au
tem, qm̄ veniens ad vos in abundantia benedictionis
euangelii Christi veniam.Obsecro ergo vos fratres per
dn̄m nostrum Iesum Christum & per charitatem sancti
spūs:vt adiuuetis me in orationibus ꝓ me ad deum, vt
liberer ab īfidelibus qui sunt in Iudæa, & obsequii mei
oblatio accepta fiat in Hierusalem sanctis: vt veniā ad
vos in gaudio per volūtatem dei, vt refrigerer vobiscū.
Deus autem pacis sit cum omnibus vobis.Amen.

D

CAP. XVI.

Commēdo aūt vobis Phœben sororem nostram,
quæ est in ministerio ecclesiæ quæ ē Cenchreis: vt
A eam suscipiatis in domino digne sanctis, & assistatis ei,
in quocūqꝫ negotio vestri indiguerit, etenim ipsa quoqꝫ
astitit multis & mihi ipsi.Salutate Priscam & Aquilā ad Actuū,
iutores meos in Christo Iesu (qui pro anima mea, suas 18.a g
ceruices supposuerunt, quibus non solus ergo gr̄as ago:
sed & cunctæ ecclesiæ gentium) & domesticam ecclesiā
eorum.Salutate Epænetum dilectū mihi, q est primiti-
E uus Asiæ in Christo Iesu.Salutate Mariam, quæ multū
laborauit in vobis.Salutate Andronicum & Iuniam co
gnatos & concaptiuos meos, qui sunt nobiles in apostо
lis, qui & ante me fuerunt in Christo.Salutate Amplia-
tum dilectissimum mihi in dn̄o.Salutate Vrbanum ad
iutorem nostrum in Christo Iesu, & Stachyn dilectum
B meum. Salutate Apellen probum in Christo. Salutate
F eos qui sunt ex Aristoboli domo. Salutate Herodiōem
cognatum meum.Salutate eos:qui sunt ex Narcissi do
mo:qui sunt in dn̄o.Salutate Tryphænam & Trypho-
sam:quæ laborant in domino.Salutate Persidem charis
simam:quæ multum laborauit in domino.Salutate Ru

ſum electũ in dño.& matrẽ eius & meã. Salutate Aſyn
critum, Phlegontẽ. Hermen, Patrobam, Hermã: & qui
cum eis ſunt, fratres. Salutate Philologum & Iuliã Ne-
reum & ſororẽ eius & Olympiadẽ & oẽs qui cũ eis ſũt, C
ſanctos. Salutate inuicẽ in oſculo ſctõ. Salutant vos oẽs
eccleſiæ Xp̃i. Rogo aũt vos fratres vt obſeruetis eos qui
diſſenſiones & offendicula p̃ter doctrinã quã vos didi-
ciſtis faciunt: & declinate ab illis. Huiuſmodi.n. Chriſto
dño nr̃o non ſeruiunt: ſed ſuo ventri, & per dulces ſer-
Phi.4.d mones & bñdictiones, ſeducunt corda innocentiũ. Ve
ſtra.n. obedientia, in oĩ loco diuulgata eſt. Gaudeo igi-
tur in vobis. Sed volo vos ſapientes eſſe in bono, & ſim
Act.16.a plices in malo. Deus aũt pacis conterat ſatanam ſub pe-
dibus veſtris velociter. Gratia dñi noſtri Ieſu Xp̃i vobiſ
cum. Salutat vos Timotheus adiutor meus: & Lucius, D
& Iaſon, & Soſipater cognati mei. Saluto vos ego Ter
tius qui ſcripſi epiſtolam in dño. Salutat vos Caius ho-
ſpes meus & vniuerſæ eccleſiæ. Salutat vos Eraſtus ar-
carius ciuitatis: & Quartus frater. Gratia dñi nr̃i Ieſu xp̃i
cum oĩbus vobis. Amen. Ei aũt qui potens eſt vos cõfir
mare iuxta euangeliũ meũ & p̃dicationẽ Ieſu Chriſti,
ſecundũ reuelationẽ myſterii, tp̃ibus æternis taciti (qđ
nunc patefactum eſt per ſcripturas p̃phetaꝝ ſecũdum
præceptum æterni dei ad obeditionem fidei) in cunctis
gentibus cogniti, ſoli ſapienti deo per Ieſum Chriſtũ,
cui honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

ARGVMENTVM IN PRIMAM Epiſtolam Pauli ad Corinthios. A

CORĩthii, ſũt Achaici, & hi ſilr ab ap̃lo audierũt ver
bũ veritatis: & ſubuerſi ſũt multifarie a falſis ap̃ls
Quidã a phĩæ verboſa eloq̃ntia, alii ſecta legis Iudaicæ
ĩducti ſunt. Hos reuocat ap̃ls ad verã fidẽ, & euãgelicã
ſapiẽtiã: ſcribẽs eis ab Epheſo p timotheũ diſcipulũ ſuũ

EPISTOLA PAVLI AD CO- rinthios prima. CAPVT. I.

A 
AVLVS Vocatus Apostolus Iesu Christi, per voluntatem dei, & Sosthenes frater ecclesiæ dei quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis, cum omnibus, qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi in omni loco ipsorum & nostro, gratia vobis & pax a deo patre nostro & domino Iesu Christo. Gratias ago deo meo semper pro vobis, in gratia dei quæ data est vobis, in Christo Iesu, quod in omnibus diuites facti estis in illo in omni verbo & in omni scientia, sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis, ita vt nihil vobis desit in vlla gratia, expectantibus reuelationem domini nostri Iesu Christi, qui & confirmabit vos vsque in finem sine crimine, in die aduentus
B domini nostri Iesu Christi. Fidelis deus, per quem vocati estis in societatem filii eius Iesu Christi domini nostri, Obsecro autem vos fratres, per nomen domini nostri Iesu Christi, vt idipsum dicatis omnes & non sint in vobis schismata, sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia. Significatum est enim mihi de vobis fratres mei, ab iis qui sunt Chloes, quia contentiones sunt inter vos. Hoc autem dico quod vnusquisque vestrum dicit. Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ, ego autem Christi. Diuisus est Christus? Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? Gratias ago deo meo, quod neminem vestrum baptizaui, nisi Crispum & Caium: ne quis dicat, quod in nomine meo baptizati estis. Baptizaui autem & Stephanæ
C domum. Cæterum, nescio si quem alium vestrum baptizauerim. Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare: non in sapientia verbi, vt non euacuetur crux Christi

1. Thes. 5.d. Rom. 15.b

Act. 18.f

Esa.29.c Verbum enim crucis, pereuntibus quidem stultitia est:
Abd.1.c iis autem qui salui fiunt, id est nobis, dei virtus est. Scri-
Esa.33.c ptum est enim. Perdam sapientiam sapientium: & pru-
dentiam prudentiũ reprobabo. Vbi sapiens? vbi scriba?
vbi inquisitor huius seculi? Nonne stultã fecit deus sapi
entiam huius mundi? Nam quia in dei sapientia nõ co
gnouit mundus per sapientiã deum: placuit deo per stul
titiam prædicationis, saluos facere credentes. Quoniã D
& Iudæi signa petunt: & Græci sapientiã quærunt: nos
autem p̃dicamus Christũ crucifixũ, Iudæis quidem scan
dalum: gentibus aũt stultitiam, ipsis autẽ vocatis Iudæ-
is atq; Græcis Christum dei virtutem & dei sapiẽtiam,
quia quod stultum est dei, sapiẽtius est hoĩbus, & quod
infirmum ẽ dei, fortius est hominibus. Videte enim vo
cationem vestram fratres, quia non multi sapientes secũ
dum carnem: non multi potentes, non multi nobiles:
sed quæ stulta sunt mundi elegit deus, vt confundat sa
pientes: & infirma mundi elegit deus, vt confundat for
tia, & ignobilia mũdi & cõtẽptibilia elegit deus: & ea q̃
nõ sunt, vt ea q̃ sunt destrueret, vt non glĩetur oĩs caro
in conspectu eius. Ex ipso aũt vos estis in Christo Iesu,
Hie.9.g qui factus nobis sapientia & iustitia & sanctificatio & re
2. Cor. demptio: vt (quemadmodum scriptũ est) Qui gloriatur
10.d in domino glorietur.

CAP. II.

ET ego cũ venissem ad vos fratres: veni non in sub-
limitate sermonis, aut sapientiæ: annũcians vobis A
testimonium Christi. Non enim iudicaui me scire aliqd
inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Et
ego in infirmitate & timore, & tremore multo: fui apud
vos, & sermo meus, & p̃dicatio mea, non in persuasibili
bus humanę sapientiæ verbis, sed in ostẽsione spiritus
& virtutis, vt fides vestra nõ sit in sapientia hoĩum, sed
in virtute dei. Sapiẽtiam aũt loquimur inter perfectos, B
sapientiam vero: non huius seculi, neq; principum hu-

ius seculi, qui destruuntur, sed loquimur dei sapientiam
in mysterio: quæ abscondita est, quã prædestinauit deus
ante secula in gloriã nostram, quam nemo principũ hu-
ius seculi cognouit. Si enim cognouissent: nunq̃ domi-
nũ gloriæ crucifixissent. Sed sicut scriptũ est. Quod ocu- Esa.64. b
C lus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽ
derunt quæ p̃parauit deus iis qui diligunt illum, nobis
autem reuelauit deus per spm̃ sanctum, spũs.n.oĩa scru-
tatur: etiam profunda dei. Quis enim hominũ scit quæ
sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? Ita,
& quæ dei sunt, nemo cognouit, nisi spũs dei. Nos aũt
non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui
ex deo ẽ: vt sciamus quæ a deo donata sunt nobis, quæ
& loquimur, non in doctis humanæ sapientiæ verbis,
sed doctrina spiritus, spũalibus spiritualia comparantes.
Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiri- Esa.40. d
tus dei stultitia enim est illi, & non potest intelligere,
A quia spiritualiter examinatur. Spiritualis autem iudicat Sap.9.c
omnia, & ipse a nemine iudicatur. Sicut scriptũ ẽ. Quis Roma.
enim cognouit sensum domini: aut quis instruxit eum? 11.d
Nos autem sensum Christi habemus.

CAP. III.

ET ego fratres, non potui vobis loqui quasi spiritua
libus, sed quasi carnalibus. Tanq̃ paruulis in Chri-
sto, lac vobis potum dedi: non escam, nondum enim po
teratis: sed nec nũc quidem potestis, adhuc enim carna-
les estis. Cum enim sit inter vos zelus & contentio, non
ne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Cũ
enim quis dicat. Ego quidem sum Pauli, alius aũt. Ego
Apollo: nonne homines estis? Quid igitur est Apollo?
Quid vero Paulus? Ministri eius cui credidistis: & vni-
B cuiq; sicut dominus dedit. Ego plantaui, Apollo riga-
uit, sed deus incrementum dedit. Itaq; neq; qui plantat
est aliquid, neq; qui rigat. sed qui incremẽtum dat deus.

Psal.61. d Qui autem plantat, & qui rigat, vnum sunt. Vnusquisq;
autem propriam mercedem accipiet secundum suum la
Gal.6.b borem. Dei enim sumus adiutores. Dei agricultura estis:
dei ædificatio estis. Secundum gratiam dei quæ data est C
mihi, vt sapiens architectus fundamentum posui, alius
aũt superædificat. Vnusquisq; autem videat quõo super-
ædificet. Fundamentum .n. aliud nemo põt ponere: præ
ter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Si quis
autem superædificat super fundamentũ hoc, aurũ, argen
tum, lapides preciosos, ligna, fœnum, stipulam, vniuscu
iusq; opus manifestum erit. Dies enim domini declara-
bit: quia in igne reuelabitur. & vniuscuiusq; opus quale
sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit quod supædi
ficauit: mercedem accipiet. Si cuius opus arserit: detrimẽ
Inf.6.d tum patietur. Ipse aũt saluus erit: sic tamẽ quasi p ignẽ D
2.Cor. Nescitis quia templum dei estis & spũs dei habitat in
6.c vobis? Si quis aũt templum dei violauerit: disperdet il-
lum deus. Tẽplum enim dei sanctũ est: quod estis vos.
Nemo se seducat. Si quis videtur inter vos sapiens esse
in hoc seculo: stultus fiat vt sit sapiens. Sapientia enim
Iob.5.c huius mũdi stultitia est apud deum. Scriptum est enim.
Psal.93. b Comprehendam sapiẽtes in astutia eorũ. Et iterum. Do
minus nouit cogitationes sapientium: qm̃ vanæ sunt.
Nemo itaq; glorietur in hominibus. Omnia enim ve-
stra sunt. siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mũ-
2.Cor.6. a dus, siue vita, siue mors, siue pñtia, siue futura. Omnia
enim vestra sunt: vos autem Christi. Christus autẽ dei.

CAPVT. IIII.

SIc nos existimet homo, vt ministros Christi, & di- A
spẽsatores ministeriorũ dei. Hic iam quæritur inter
dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Mihi autẽ pro
minimo est, vt a vobis iudicer, aut ab humano die, sed
neq; meipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum:
sed non in hoc iustificatus sum. Qui aũt iudicat me: do-
minus

minus est. Itaq; nolite ante tempus iudicare quo adusq;
B veniat dominus: qui & illuminabit abscondita tenebra
rum: & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit
C vnicuiq; a deo. Hæc autem fratres trãsfiguraui in me &
Apollo ꝑpter vos: vt in nobis discatis, ne supra quã scri
ptum est, vnus aduersus alterum infletur pro alio. Quis
enim te discernit? Quid aũt habes quod non accepisti?
Si autem accepisti: quid gloriaris quasi non acceperis? Iã
saturati estis, iam diuites facti estis: sine nobis regnatis,
& vtinã regnetis: vt & nos vobiscũ regnemus. Puto enĩ
ꝙ deus nos apl'os nouissimos ostendit tanq̃ morti desti
natos, quia spectaculum facti sumus mundo, & angelis
C & hominibus nos stulti ꝑpter Christum: vos autem pru
dentes in Christo. Nos infirmi: vos autẽ fortes, vos no- Act.20.
bilés: nos autem ignobiles. Vsq; in hanc horam & esuri g
D mus, & sitimus: & nudi sumus, & colaphis cædimur, & 1. Thes.
instabiles sumus, & laboramus operantes manibus no- 3.b
stris, maledicimur, & benedicimus: persecutionem pati- 2. The.
mur, & sustinemus: blasphemamur: & obsecramus: tanq̃ 3.b
purgamenta huius mundi facti sumus oĩum peripsema
vsq; adhuc. Non vt confundam vos, hæc scribo: sed vt
D filios meos charissimos moneo. Nam si decẽ millia pæ
dagogoꝝ habeatis in Christo: sed non multos patres.
Nam in Christo Iesu, per euangelium ego vos genui.
Rogo ergo, vos imitatores mei estote, sicut & ego. Xp̃i.
Ideo misi ad vos Timotheum, qui est filius meus cha-
rissimus & fidelis in domino, qui vos cõmonefaciet vi-
as meas quæ sunt in Christo Iesu, sicut vbiq; in omni ec
clesia doceo, Tanq̃ non venturus sim ad vos: sic inflati
sunt quidam. Veniam autẽ ad vos cito, si dominus vo-
luerit: & cognoscam non sermonẽ eoꝝ qui inflati sunt,
sed virtutem. Non enim in sermõe est regnum dei: sed
in virtute. Quid vultis? In virga veniam ad vos, an in
charitate, & spiritu mansuetudinis? CAP. V.

OMnino auditur inter vos fornicatio:& talis forni
catio, qualis nec inter gẽtes, ita vt vxorem patris A
sui aliquis habeat. Et vos inflati estis, & nõ magis luctũ
habuistis vt tollatur de medio vestrum qui hoc opus fe
Col.2.a cit. Ego quidem absens corpore, præsens autẽ spiritu: iã
iudicaui vt præsens, eum qui sic operatus est: in nomine
domini nostri Iesu Christi, cõgregatis vobis & meo spi-
ritu, cum virtute dñi nři Iesu tradere huiusmodi homi
nem sathanæ in interitum carnis, vt spũs saluus sit i die
dñi nostri Iesu Christi. Nõ est bona gloriatio vestra. Ne B
Gal.5.b scitis quia modicum fermentum totam massam corrum
pit? Expurgate fermentum, vt sitis noua conspersio si-
cut estis azimi. Etenim pascha nostrum immolatus est
Christus. Itaq; epulemur non in fermento veteri: neq;
iu fermento malitiæ & nequitiæ: sed in azimis synceri-
tatis & veritatis. Scripsi vobis in epistola. Ne cõmiscea-
mini fornicariis, non vtiq; fornicariis huius mundi, aut
auaris: aut rapacibus, aut idolis feruentibus: alioquin de-
buerati de hoc mundo exisse. Nunc autem scripsi vo- C
bis, non cõmisceri, si is qui frater nominatur inter vos,
est fornicator: aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledi
cus, aut ebriosus, aut rapax: cum eiusmodi nec cibum su
mere. Quid enim mihi de iis q̃ foris sunt iudicare? Nõ-
ne de iis qui intus sunt vos iudicatis? nam eos qui foris
sunt, deus iudicabit. Auferte malum ex vobisipsis.

CAP. VI.

AVdet aliquis vestrum habens negotium aduersus
alterum, iudicari apud iniquos, & non apud san- A
ctos? an nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudica-
bunt? Et si in vobis iudicabitur mundus: indigni estis,
qui de minimis iudicetis? Nescitis quoniam angelos iu
dicabimus? quanto magis secularia? Secularia igitur iu-
dicia si habueritis contemptibiles qui sunt in ecclesia, il
los constituite ad iudicandum. Ad verecundiam vestrã

dico. Sic non est inter vos sapiens quisquam: qui possit
B iudicare inter fratrem suum? Sed frater cum fratre iudi
cio contendit:& hoc apud infideles. Iam quidem omni
no delictum est in vobis, q̄ iudicia habetis inter vos.
Quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis
fraudem patimini? Sed vos iniuriam facitis & fraudatis
& hoc fratribus. An nescitis quia iniqui regnum dei nō
possidebunt? Nolite errare. neq; fornicarii; neq; idolis
seruientes, neq; adulteri, neq; molles: neq; masculorum
cōcubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, neq; ma
ledici, neq; rapaces regnum dei possidebūt. Et hæc qui
dem fuistis: sed abluti estis, sed sanctificati estis: sed iusti
ficati estis: in nomine domini nostri Iesu Christi, & in
spū dei nostri. Omnia mihi licent: sed non oīa expediūt Infra. 10.c
Omnia mihi licent: sed ego sub nullius redigar potesta
te. Esca ventri & venter escis, deus autem & hūc & has Eccle. 37.d
destruet: corpus aūt non fornicationi, sed dño: & domi Ge. 2.b
nus corpori, deus vero & dñm suscitauit: & nos suscita Mat.19.a
bit per virtutem suam. Nescitis q̄m corpora vestra, mē
D bra sunt Christi? Tollens ergo mēbra Christi, faciā mē Mar.10.a
bra meretricis? Absit. An nescitis q̄m qui adhæret mere
trici, vnū corpus efficitur? Erunt.n. (inq̄t) duo in carne Eph.5.g
vna. Qui aūt adhæret dño vnus spūs est. Fugite fornica
tionem. Omne enim peccatum quodcunq; fecerit ho Sup.3.d
mo: extra corpus est: qui autem fornicatur: in corpus suū 2.Cor.6.c
peccat. An nescitis quoniam membra vestra, templum
est spūs sancti qui in vobis est, quē habetis a deo, & non Infr.7.d
estis vrī? Empti.n. estis p̄tio magno. Glorificate & porta 1.Pe.1.d
te deum in corpore vestro.

CAP. VII.

A DE q̄bus aūt scripsistis mihi. Bonum est hoī mulie
rem nō tangere, ꝑpter fornicationē aūt: vnusq̄sq;
suam vxorē habeat & vnaquæq; suū virū habeat. Vxo
ri vir debitū red dat: similiter āt & vxor viro. Mulier sui
corporis potestatem nō habet: sed vir. Similiter autem

& vir, sui corporis potestatem non habet: sed mulier.
Nolite fraudare inuicem nisi forte ex consensu ad tem B
pus, vt vacetis orationi, & iterũ reuertimini in idipsum:
ne tentet vos sathanas ꝓpter incontinentiam vestram.
Hoc autem dico secundum indulgentiam: non secũdũ
imperium. Volo autem omnes vos esse sicut meipsum,
sed vnusquisq; ꝓprium donum habet ex deo: alius qui
dem sic, alius vero sic. Dico aũt nõ nuptis & viduis: bo-
num est illis, si sic permãserint sicut & ego. Quod si nõ
se cõtinent: nubant. Melius est enim nubere, quam vri.
Mat.5.c Iis autem qui matrimonio iuncti sunt, ꝓcipio, non ego,
&.19.b sed dominus. Vxorem a viro non discedere, q̃ si disces
Mar.10. serit, manere innuptam: aut viro suo reconciliari. Et vir:
b vxorem non dimittat. Nam cæteris, ego dico, non do-
minus. Siquis frater vxorem habet infidelem, & hæc cõ C
sentit habitare cum illo, non dimittat illam. Et si qua
mulier habet virum infidelem, & hic consentit habita
re cum illa: non dimittat virũ, sanctificatus est enim vir
infidelis, per mulierem fidelem: & sanctificata est muli-
er infidelis, per virum fidelem, alioquin filii vestri im-
mundi essent: nunc autem sancti sunt. Quod si infide-
lis discedit, discedat, non enim seruituti subiectus est
frater, aut soror in huiusmodi, in pace autem vocauit
nos deus. Vnde enim scis mulier, si virum saluum faci-
es? Aut vnde scis vir, si mulierem saluam facies? nisi vni
cuiq; sicut diuisit dñs. Vnumquẽq; sicut vocauit deus:
ita ambulet, & sicut in omnibus ecclesiis doceo. Circun
cisus aliquis vocatus est? non adducat ꝑputium. In ꝑpu
tio aliquis vocatus est? non circuncidatur. Circũcisio ni-
hil est, & præputium nihil est, sed obseruatio mandato D
Eph.4. rum dei. Vnusquisq; in qua vocatione vocatus est: in ea
a permaneat. Seruus vocatus es? non sit tibi curæ, sed & si
potes fieri liber: magis vtere. Qui enim in domino voca
tus est seruus, libertus est domini. Similiter qui liber vo

B catus est seruus est Christi Pretio empti estis: nolite fieri
E serui hominum. Vnusquisque ergo in quo vocatus ē, fra- Sup.6.d
tres, in hoc maneat apud deum. De virginibus aūt pce 1.Pe.1.d
ptum domini non habeo: consilium autem do, tanquā
misericordiam consecutus a domino, vt sim fidelis. Exi
A stimo enim hoc bonum esse propter instantem necessi-
tatem: quoniam bonum est homini sic eē. Alligatus es
vxori? noli q̄rere solutionem. Solutus es ab vxore: noli
quærere vxorem. Si autem acceperis vxorem: non pec-
casti. Et si nupserit virgo: non peccauit, tribulationem
tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autem vobis
parco. Hoc itaque dico fratres, tempus breue est, reliquum
est, vt & qui habent vxores, tanq̄ non habentes sint, &
qui flent, tanq̄ non flentes, & qui gaudent, tanquam nō
C gaudentes, & qui emunt: tanq̄ non possidentes, & qui
F vtuntur hoc mundo, tanq̄ non vtantur, præterit enim fi
gura huius mundi. Volo autem vos sine solicitudi-
ne esse, Qui sine vxore est: solicitus ē quæ dn̄i sunt, quō
placeat deo. Qui autem cum vxore est, solicitus est quæ
sunt mundi, quo modo placeat vxori, & diuisus est. Et
mulier innupta & virgo, cogitat quæ domini sunt: vt sit
sancta & corpore & spiritu. Quæ autem nupta est, cogi
tat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. Porro hoc
ad vtilitatem vestram dico: non vt laqueū vobis iniciā
sed ad id quod honestum est, & quod facultatem pbe-
at sine impedimento dominum obsecrandi. Si quis aūt
turpem se videri existimat super virgine sua, q̄ sit super
G adulta, & ita oportet fieri, quod vult faciat, non peccat:
si nubat. Nam q statuit in corde suo firmus, non habēs
D necessitatem, potestatem autem habens suæ volūtatis,
& hoc iudicauit in corde suo, seruare virginē suam: be-
ne facit. Igitur & qui matrimonio iungit virginem suā Rom.
bene facit & qui non iungit, melius facit. Mulier alliga 7.a
ta est legi quanto tēpore vir eius viuit: quod si dormie

rit vir eius, liberata est: cui aũt vult nubat: tantum in do
mino. Beatior autem erit, si sic permanserit secundum
meum cõsilium. Puto autem quod & ego spiritum dei
habeam. CAP. VIII.

DE iis autem quæ idolis immolantur, scimus quod
omnes scientiam habemus. Scientia inflat, chari- A
tas vero ædificat. Si quis autem se existimat scire aliqd:
nondum cognouit quemadmodum oporteat eum sci-
re. Si quis autem diligit deum: hic cognitus ẽ ab eo. De
escis autem quæ idolis immolãtur, scimus quia nihil est
idolũ in mundo, & ꝙ nullus est deus nisi vnus. Nam &
si sunt qui dicantur dii, siue in cœlo, siue in terra (siqui- B
dem sunt dii multi, & domini multi) nobis tamen vnus
deus pater, ex quo omnia & nos in illum, & vnus dñs
Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum, sed
non in omnibus est scientia. Quidam autem cum cõsciẽ
tia vsqꝫ nunc idoli: quasi idolothytum mãducant, & cõ
scientia ipsorum cum sit infirma: polluitur. Esca autem
nos non cõmendat deo. Neqꝫ enim si mãducauerimus
abundabimus, neqꝫ si non mãducauerimus deficiemus. C
Videte autem ne forte hæc licentia vestra, offendiculũ
fiat infirmis. Si enim quis viderit eum qui habet scien-
Ro.14. tiam, in idolio recumbentem: nonne conscientia eius cũ
c sit infirma, ædificabitur ad manducandum idolothyta?
Et peribit infirmus in tua cõscientia frater, propter quẽ D
Christus mortuus est? Sic autem peccantes in fratres, &
percutientes conscientiam eorum infirmam: in Christũ
Ro.14. peccatis. Quapropter si esca scandalizat fratrem meum:
d non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meũ
scandalizem. CAP. IX.

NOn sum liber? Non sum apostolus? Nõne Chri-
stum Iesum dñm nostrum vidi? Nonne opus me A
um vos estis in dño? Et si aliis non sum apostolus, sed
tamen vobis sum, nam signaculum apostolatus mei vos

estis in domino. Mea defensio apud eos qui me interro
gant: hæc est. Nunquid non habemus potestatẽ mãdu-
candi & bibendi? Nunqd non habemus ptãtem, mulie
rẽ, sororem circũducendi, sicut & cæteri apli & fratres
dñi, & Cephas? Aut ego solus & Barnabas, non habe-
mus ptãtẽ hoc opandi? Quis militat suis stipẽdiis vnq̃?
Quis plãtat vineã, & de fructu eius nõ edit? Quis pascit
gregẽ, & de lacte gregis non mãducat? Nunqd secũdũ
hoiem hæc dico? An & ex hæc non dicit? Scriptum est Deu.
enim in lege Moysi. Non alligabis os boui trituranti. 25.a
Nunqd de bobus cura est deo? An ꝑpter nos vtiq; hoc 1.Tim.
dicit? Nam ꝑpter nos vtiq; scripta sunt, qm̃ debet i spe 5.
qui arat, arare, & qui triturat, in spe fructus percipiendi. Ro.15.
B Si nos vobis spũalia seminauimus, magnũ est si nos car f
nalia vestra metamus? Si alii ptãtis vr̃æ participes sunt:
quare nõ potius nos? Sed non vsi sumus hac ptãte: sed
oĩa sustinemus: ne qđ offendiculũ demus euãgelio Chr̃i Deut.
Nescitis qm̃ qui in sacrario operãtur, q̃ de sacrario sunt 18.a
edunt: & qui altario deseruiunt: cũ altario participant?
Ita & dñs ordinauit iis qui euangeliũ annũciãt: de euã-
gelio viuere. Ego aũt nullo hoꝝ vsus sum. Non aũt scri
psi hæc: vt ita fiãt in me. Bonum est.n.mihi magis mo-
ri, quã vt gloriã meam quis euacuet. Nam & si euange-
lizauero, nõ est mihi gloria, necessitas.n.mihi incumbit.
væ enim mihi est. si nõ euangelizauero. Si.n.volẽs hoc
C ago: mercedẽ habeo: si aũt inuitus dispensatio mihi cre
dita est. Quæ est ergo merces mea? Vt euangelium p̃di
cans: sine sumptu ponã euangeliũ vt non abutar ptãte
mea in euãgelio. Nã cũ liber essem ex oĩbus: oĩum me
seruũ feci, vt pl'es lucrifacerẽ. Et factus sum iudæis tanq̃
Iudæus, vt Iudæos lucrarer. iis q sub lege sũt, q̃si sub le
ge essẽ (cũ ip̃e nõ essẽ sub lege) vt eos q sub lege erãt lu
crifacerẽ: iis q sine lege erãt tãq̃ sine lege essẽ (cũ sine le
ge dei nõ essẽ, sed in lege essẽ Xp̃i) vt lucrifacerẽ eos q

sine lege erāt. Factus sum infirmis infirmus, vt infirmos
lucrifacerem. Omnibus omnia factus sum. vt omnes fa- D
cerem saluos. Omnia autem facio propter euangelium:
vt particeps eius efficiar. Nescitis quod ii qui in stadio
currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit braui-
um? Sic currite: vt cōprehendatis. Omnis autem qui in
agone contendit: ab omnibus se abstinet, & illi quidem
vt corruptibilem coronam accipiant: nos autem incor-
ruptam. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic
pugno: non quasi aerem verberans: sed castigo corpus
meum & in seruitutē redigo, ne cum aliis pdicauerim,
ipse reprobus efficiar.

CAP. X.

Nume. 9.d Exo.13. d Exo.14. e Exo.16. d Exo.17. b Nume. 20.b Nu.16. g Exo.32. b Nume. 25.b Nu.21.b Nu.14.f Iudith .c

NOlo enim vos ignorare fratres, qm̄ patres nostri A
omnes sub nube fuerunt. & omnes mare transie-
runt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in
mari, & omnes eandem escam spiritualem manducaue
runt: & omnes eundem potum spiritualem biberūt (bi-
bebant autem de spirituali, consequente eos petra, pe-
tra autem erat Christus) sed non in pluribus eorum, be
neplacitum est deo, nam prostrati sunt in deserto. Hæc B
autem in figura facta sunt nostri, vt non simus concupi
scentes malorum, sicut & illi concupierunt, neq; idola-
træ efficiamini, sicut quidam ex ipsis, quemadmodū scri
ptum est. Sedit populus manducare & bibere, & surrexe
runt ludere, neq; fornicemur sicut quidam ex ipsis for-
nicati sunt, & ceciderunt vna die viginti tria milia, ne-
que tentemus Christum: sicut quidam eorum tentaue-
runt, & a serpentibus perierunt, neq; murmurauentis: si C
cut quidam eoꝝ murmurauerunt, & perierunt ab exter
minatore. Hæc aūt omnia, in figura contingebant illis:
scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fi
nes seculoꝝ deuenerunt. Itaq; qui se existimat stare: vi-
deat ne cadat. Tentatio vos non apprehendat, nisi hu
mana, fidelis autem deus est, qui non patietur vos ten-

tari supra id quod potestis. sed faciet etiam cum tentatione prouectum vt possitis sustinere. Propter quod charissimi mihi: fugite ab idolorum cultura. Vt prudenti-
D bus loquor, vos ipsi iudicate quod dico. Calix benedictionis cui benedicimus, nonne cõmunicatio sanguinis Christi est, & panis quem frangimus, nõne participatio corporis domini est? Quoniam vnus panis, & vnũ corpus multi sumus, omnes quidem de vno pãe & de vno calice participamus. Videte Israel secundum carnẽ. Nõne qui edunt hostias: participes sunt altaris? quid ergo? dico quod idolis immolatum, sit aliquid? aut quod idolum sit aliquid? Sed quod quæ immolant gentes, dæmo-
E niis immolant, & non deo. Nolo autem vos socios fieri dæmoniorum. Non potestis calicem dñi bibere, & calicem dæmoniorum, non potestis domini participes eẽ, & mensæ dæmoniorum. An æmulamur dominum? Nunquid fortiores illo sumus? Omnia mihi licent: sed non omnia expediunt, omnia mihi licẽt, sed nõ omnia ædificant. Nemo quod suum est: quærat, sed quod alterius. Sup.6.c Ecc.37,d
F Omne quod in macello venit: manducate: nihil interrogantes propter conscientiam, dñi est terra & plenitudo eius. Si quis vocat vos infidelium ad cœnam, & vultis ire, omne quod vobis apponitur mãducate, nihil interrogãtes propter conscientiã. Si quis autem dixerit. Hoc immolatum est idolis: nolite manducare propter illum qui indicauit. & propter conscientiam, conscientiã autẽ Psal.23.a
G dico nõ tuam: sed alterius. Vt quid enim libertas mea iudicatur ab alia conscientia? Si ego cum gratia participio. qd blasphemor ꝑ eo qđ gratias ago. Siue ergo mãducatis, siue bibitis, vel aliud qd facitis: omnia in gloriã dei facite. Sine offensione estote Iudæis & gentibus, & ecclesiæ dei: sicut & ego per oĩa oĩbus placeo: non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis vt salui fiant. Col.3.c

CAPVT XI.

IMitatores mei estote, sicut & ego Christi. Laudo aũt vos fratres: quod per omnia mei memores estis: & si A
cut tradidi vobis, præcepta mea tenetis. Volo autẽ vos
Ephe. 5.c scire, ꝙ omnis viri caput Christus est, caput autem mulieris, vir. Caput vero Christi, deus, omnis, vir orans aut prophetans velato capite: deturpat caput suum. Omnis autem mulier orans aut prophetans non velato capite: deturpat caput suum, vnum enim est, ac si decaluetur. Nam si non est velatur mulier, tondeatur. Si vero turpe est mulieri tonderi aut decaluari, velet caput suum. B
Vir quidem non debet velare caput suum, quoniã imago & gloria dei est: mulier autem gloria viri est. Nõ.n. vir ex muliere est: sed mulier ex viro. Etenim non est creatus vir propter mulierem: sed mulier propter virum
Ge.2.d ideo debet mulier velamen habere supra caput suum, & propter angelos. Verũtamen neq; vir sine muliere: neq; mulier sine viro in domino. Nam sicut mulier de viro: ita & vir per mulierem. Omnia autẽ ex deo. Vos C
ipsi iudicate: decet mulierem nõ velatam orare deum? nec ipsa natura docet vos: quod vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi, mulier vero si comam nutriat, gloria est illi: quoniam capilli pro velamine ei dati sunt. Si quis autem videtur contentiosus esse: nos talem consuetudinem non habemus, neq; ecclesia dei. Hoc autem præcipio non laudãs, ꝙ non in melius, sed in deterius cõuenitis. Primũ qdem conuenientibus vobis in D
ecclesiã, audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo. Nam oportet & hæreses esse: vt & qui ꝓbati sunt, manifesti fiãt in vobis. Conueniẽtibus ergo vobis in vnũ, iam non est dñicam cœnam manducare. Vnusqſq; enĩ suam cœnam ꝑsumit ad manducandũ. Et alius qdem esurit: alius aũt ebrius est. Nunqd domos non habetis ad manducãdũ & bibendũ? Aut ecclesiam dei contẽnitis, & confunditis eos q non habent. Quid dicã vobis? E

Laudo vos? In hoc non laudo. Ego. n. accepi à dño qđ
A & tradidi vobis, qm̃ dn̄s Iesus in qua nocte tradebatur: Mat. 26.
accepit panẽ, & gratias agens fregit: & dixit. Accipite, c
& manducate: hoc est corpus meũ quod pro vobis tra- Mar.
detur: hoc facite in meã cõmemorationẽ. Similiter & ca 14. c
licem, postq̃ cœnauit, dicens. Hic calix nouum testm̃ est Luc. 22.
F in meo sanguine. Hoc facite, quotiensc unq; bibetis in b
meam cõmemorationem. Quotienscunq; enim mandu
B cabitis panem hunc: & calicem bibetis: mortem domini
annũtiabitis, donec veniat. Itaq; quicunq; manducaue- Ioã. 5. f
rit panem & biberit calicẽ dñi indigne reus erit corpo-
ris & sanguinis dñi. Probet aũt seipsum homo, & sic de
pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat
G & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non
diiudicãs corpus dñi. Ideo inter vos multi infirmi & im
becilles, & dormiunt multi. Quod si nosmetipsos diiu-
dicaremus: non vtiq; iudicaremur. Dũ iudicamur aũt, à
C dño corripimur, vt nõ cũ hoc mũdo dãnemur. Itaq; fra
tres mei, cũ cõuenitis ad manducandũ: inuicẽ expecta-
te. Si qs esurit, domi mãducet, vt nõ in iudiciũ cõuenia-
tis. Cætera aũt, cũ venero, disponã,

CAP. XII.

De spũalibus aũt nolo vos ignorare fratres. Scitis
A aũt qm̃ cum gentes essetis, ad simulachra muta p̄
ut ducebamini eũtes. Ideo notum uobis facio: q̃ nemo Mar. 9. f
in spiritu dei loquens dicit anathema Iesu. Et nemo po
D test dicere, dominus Iesus: nisi in spiritu sancto. Diuisio
nes uero gratiarum sunt: idem aũt spiritus. Et diuisiões
ministrationum sunt: idem autem dominus. Et diuisio-
nes operationum sunt: idem uero deus: qui operatur
omnia in omnibus. Vnicuiq; autem datur manifestatio
spiritus, ad utilitatem. Alii quidem, per spiritum datur
sermo sapientiæ, alii autẽ, sermo scientiæ, secundũ eũdẽ
B spiritum, alteri fides, in eodem spiritu, alii gratia sanita
E tum, in uno spiritu, alii operatio uirtutum: alii p̄phetia,

alii discretio spirituū, alii genera linguarum, alii inter-
Rom. pretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur vnus
2.a atq; idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Sicut
Ephe. enim corpus vnum est, & membra habet multa, omnia
4.b autem membra corporis cum sint multa, vnum tamen
corpus sunt: ita & Christus. Etenim in vno spiritu om-
nes nos in vnum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, si-
ue gentiles, siue serui, siue liberi, & omnes in vno spiri- C
tu potati sumus. Nam & corpus non est vnū membrū,
sed multa. Si dixerit pes. Quoniam non sum manus, nō
sum de corpore: non ideo non est de corpore? Et si di-
xerit auris. Quoniam non sum oculus, non sum de cor-
pore: non ideo non est de corpore? Si totum corpus ocu
lus: vbi auditus? Si totum auditus, vbi odoratus? Nunc
autem posuit deus membra vnumquodq; eorum in cor
pore: sicut voluit. Quod si essent omnia vnum membrū,
vbi corpus? Nunc autem multa quidem membra, vnū
autem corpus. Non potes autem dicere oculus manui.
Opera tua non indigeo, aut iterum caput pedibus. Nō
estis mihi necessarii: sed multomagis quæ videntur mē
bra corporis infirmiora esse necessariora sunt, & quæ pu
tamus ignobiliora membra esse corporis: his honorem
abundātiorem circundamus, & quæ inhonesta sunt no D
stra abundantiorem honestatem habent. Honesta autē
nostra: nullius egent: sed deus temperauit corpus, ei cui
deerat abundātiorē tribuendo honorē: vt non sit schis
ma in corpore: sed in idipsum pro inuicem solicita sint
membra. Et si quid patitur vnum membrum, cōpatiun
tur omnia membra, siue gloriatur vnum membrum: cō
gaudent omnia membra. Vos autem estis corpus Chri
sti: & membra de membro. Et quosdam quidem posuit
Ephe. deus in ecclesia: primum apostolos, secundo prophetas,
4.c tertio doctores, deinde virtutes: exinde gratias curatio-
num, opitulationes, gubernationes, genera linguarum,

interpretationes sermonum, nunquid omnes apostoli? nunquid omnes prophetę? nunquid omnes doctores? nunquid omnes virtutes? nunquid omnes gratiam habent curationum? nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretantur? Aemulamini aũt charismata meliora. Et adhuc, excellentiorem viam vobis demonstro.

CAP. XIII.

A SI linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeã, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero: nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem nõ habuero: nihil mihi prodest? Charitas patiẽs est, benigna

B est. Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malũ, nõ gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati: omnia suffert: oĩa credit, oĩa sperat: omnia sustinet. Charitas nũquã excidit: siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguę cessabunt, siue sciẽtia destruetur. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte pro

C phetamus. Cum autem venerit quod perfectum est: euacuabitur quod ex parte est. Cum essem paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebã vt paruulus, cogitabã vt paruulus. Quando autẽ factus sum vir? euacuaui quæ erant paruuli. Videmus nunc per speculum in ænigmate: tũc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum. Nunc autem manent, fides, spes, charitas, tria hæc, maior autem horum est charitas.

CAP. XIIII.

A SEctamini charitatẽ, æmulamini spiritualia, magis autẽ vt prophetetis. Qui enim loquitur lingua, nõ

hominibus loquitur:sed deo:nemo enim audit, ſpiritu
autem loquitur myſteria:nam qui ꝓphetat: hominibus
loquitur ad ædificationem, & exhortationem, & conſo
lationem. Qui loquitur lingua, ſemetipſum ædificat, q
autem prophetat:eccleſiam dei ædificat. Volo aũt om-
nes vos loqui linguis:magis autem prophetare. Nam B
maior eſt qui prophetat.q̃ qui loquitur linguis: niſi in-
terpretetur vt eccleſia ædificationem accipiat. Nunc aũt
fratres, ſi venero ad vos linguis loquens, quid vobis p-
dero niſi vobis loquar aut in reuelatione, aut in ſciẽtia,
aut in prophetia, aut in doctrina? Tamẽ quæ ſine ani-
ma ſunt vocem dantia, ſiue tibia, ſiue cythara, niſi diſti
ctionem ſonitum dederint:quomodo ſcietur, id quod
canitur, aut quod cytharizatur? Etenim ſi incertam vo-
cem det tuba:quis parabit ſe ad bellum? Ita & vos per
linguam niſi manifeſtum ſermonem dederitis:quomo-
do ſcietur id quod dicitur? Eritis enim in aera loquẽtes C
Tam multa vt puta genera linguarum ſunt in hoc mũ-
do:& nihil ſine voce eſt. Si ergo neſciero virtutem vo-
cis:ero ei cui loquar Barbarus, & qui loquitur:mihi bar-
barus. Sic & vos:quoniam æmulatores eſtis ſpirituum:
ad ædificationem eccleſiæ quærite vt abũdetis. Et ideo
qui loquitur lingua:oret vt interpretetur. Nam ſi orem
lingua:ſpiritus meus orat, meus autem mea ſine fructu
eſt. Quid ergo eſt? Orabo ſpiritu: orabo & mẽte. Pſallã
ſpiritu, pſallam & mente. Cæterum ſi benedixeris ſpiri
tu:qui ſupplet locum idiotæ, quomodo dicet amen ſu- D
per tuam benedictionem? quoniam quid dicas: neſcit,
nam tu quidem bene gratias agis, ſed alter non ædifica
tur. Gratias ago deo, quod omnium veſtrum lingua lo-
quor. Sed in eccleſia volo quinq; verba ſenſu meo loqui.
vt & alios inſtruam:q̃ decem millia verborũ in lingua,
E ſa.28. Fratres, nolite pueri effici ſenſibus. ſed malitia paruuli
c eſtote ſenſibus autem perfecti eſtote. In lege enim ſcri-

ptum est. Quoniam in aliis linguis & labiis aliis loquar
ppło huic:& nec sic exaudient me, dicit dominus. Itaq;
linguæ in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus, p
E phetiæ autem non infidelibus, sed fidelibus. Si ergo cõ-
ueniat vniuersa ecclesia in vnum, & omnes linguis lo-
quantur: intrent autem idiotæ aut infideles: nonne di-
cent quod insanitis? Si autem omnes prophetant, inter
autem quis infidelis uel idiota, cõuincitur ab omnibus,
diiudicatur ab omnibus, occulta enim cordis eius mani
festa fiunt, & ita cadens in faciem adorabit deum, pro-
nuntians quod uere deus in uobis sit. Quid ergo est fra
tres? Cum conuenitis: unusquisq; uestrum psalmum ha-
bet, doctrinam habet, Apocalypsim habet: linguam ha
bet interpretationem habet: omnia ad ædificationem fi
ant. Siue lingua quis loquitur: secundũ duos: aut ut mul
tum tres & per partes, & unus interpretetur. Si aũt non
F fuerit interpres, taceat in ecclesia, sibi autem loquatur
& deo. Prophetæ aũt duo aut tres dicãt, & cæteri diiu-
dicent. Quod si alii reuelatum fuerit sedenti, prior tace
at. Potestis enim omnes per singulos pphetare: ut om-
nes discant, & omnes exhortentur, & spiritus propheta
rum, prophetis subiecti sunt. Non enim est dissensiõis Ti.2.d
deus, sed pacis sicut & in oĩbus ecclesiis sanctorũ doceo.
Mulieres in ecclesiis taceant, non.n.permittitur eis loq, Geñ.
sed subditas esse, sicut & lex dicit. Si quid aũt uolunt di 22.d
G scere, domi uiros suos interrogent. Turpe est.n.mulieri,
loqui in ecclesia. An a uobis uerbũ dei processit? aut in
uos solos peruenit? Si qs uidetur ppheta esse, aut spũa-
lis cognoscat quæ scribo uobis quod dñi sunt manda-
ta. Si qs aũt ignorat: ignorabitur. Itaq; fratres æmulamĩ
ni pphetare, & loq linguis: nolite phibere. Oĩa aũt, ho
neste & secundũ ordinẽ fiant in uobis.

CAP. XV.

A NOtum autem vobis facio fratres euangeliũ, quod Gal.1.b
prædicaui vobis, quod & accepistis, in quo & sta-

tis, per quod & saluamini, qua ratione prædicauerim vo
bis, si tenetis, nisi frustra credidistis. Tradidi enim vobis
Esa.53. in primis quod & accepi: quod Christus mortuus est p
b peccatis nostris secũdum scripturas, & quia sepultus est,
Ionæ & quia resurrexit tertia die, secundum scripturas, & qa
2.a visus est Cephæ, & post hoc vndecim. Deinde visus est D
Oseæ. plus quã quingẽtis fratribus simul: ex quibus multi ma
6.a nent vsq; adhuc, quidam autem dormierũt. Deinde vi-
Ioan. sus est Iacobo, deinde apostolis omnibus. Nouissime
20.c autem omnium, tanq̃ abortiuo, visus est & mihi. Ego
enim sum minimus apostolorum: qui non sum dignus
Act.9.a vocari apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiã dei.
Ephe. Gratia autem dei sum id quod sum: & gratia eius in me
3.b vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus labora-
ui, nõ ego autem: sed gratia dei mecum. Siue enim ego,
siue illi: sic prædicauimus, & sic credidistis. Si autẽ Chri
stus prædicatur quod resurrexit a mortuis: quomodo q-
dam dicunt in vobis, quoniam resurrectio mortuorum
non est? Si autem resurrectio mortuorum non est: neq;
Christus resurrexit. Si autem Christus nõ resurrexit, ina
nis est prædicatio nostra, inanis est & fides vestra, inue-
nimur autem & falsi testes dei: quoniam testimoniũ di-
ximus aduersus deum, quod suscitauerit Christum, quẽ
non suscitauit si mortui non resurgunt. Nam si mortui A
non resurgunt, neq; Christus resurrexit, Quod si Chri-
stus nõ resurrexit: vana est fides vestra, adhuc enim estis
in peccatis vestris. Ergo & qui dormierunt in Christo:
Col.1.c perierunt. Si in hac vita tantum in Christo sperantes su
Apoca. mus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Nunc
1.b autem Christus surrexit a mortuis, primitiæ dormien
tium: quoniam quidem per hominem mors, & hominẽ
1.Thes. resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriũ
4.d tur: ita & in Christo omnes viuificabuntur, vnusquisq;
autem in suo ordine, Primitiæ, Christus, deinde ii qui
sunt

sunt Christi qui in aduentum eius crediderunt. Deinde
finis: cum tradiderit regnum deo & patri, cum euacuaue
rit oem principatū & ptēteni & virtutē. Oportet āt illū Psal.
regnare: dōec ponat oēs inimicos sub pedibus eius. No 109.a
uissime aūt inimica destruetur mors. Omnia.n. subiecit &. 10.c
sub pedibus eius, cum aūt dicat. Omnia subiecta sunt ei Psal.8.
sine dubio ṗter eum qui subiecit ei oīa. Cum aūt subie- c
cta fuerint illi oīa: tunc & ipse filius subiectus erit ei, qui Heb.2.
subiecit sibi oīa: vt sit deus omnia in oībus. Aliogn qd d
facient qui baptizantur pro mortuis, si oīno mortui nō
resurgunt? Vt quid & baptizantur pro illis? Vt quid &
nos periclitamur oī hora. Quotidie morior ṗpter vestrā
gloriam frattres, quā hēo in Christo Iesu dn̄o nr̄o. Si (se-
cundum hoīem) ad bestias pugnaui Ephesi, quid mihi
prodest, si mortui non resurgunt, manducemus & biba
mus; cras enim moriemur. Nolite seduci. Corrūpūt mo- Esa.22.
E res bonos colloquia mala. Euigilate iuste: & nolite pecca a
re, ignorantiam enim dei qdam habent. Ad reuerentiā Sap.2.b
vobis loquor, sed dicit aliqs. Quomodo resurgunt mor Menan
tui, quali aūt corpore venient? Insipiens tu, quod semi- der
nas nō viuificatur, nisi prius moriatur. Et quod seminas:
non corpus, quod futuꝝ est seminas, sed nudum granū,
vtputa tritici, aut alicuius cæteroꝝ. Deus aūt dat illi cor
pus sicut vult: & vnicuiqꝫ seminum ṗprium corpus. Nō
omnis caro: eadem caro: sed alia hoīum: alia pecoꝝ, alia
autem volucrū, alia piscium. Et corpora cœlestia, & cor-
pora terrestria, sed alia qdem cœlestium gloria: alia aūt
terrestrium. Alia claritas solis, alia claritas lunæ, & alia
claritas stellaꝝ, Stella.n.a stella differt a claritate: sic &
F resurrectio mortuoꝝ. Seminatur in corruptiōe surget in
Icorruptiōe. Seminatur I ignobilitate, surget I gl̄ia. Semi
natur in infirmitate: surget in virtute. Seminatur corpus
aīale, surget corpus spūale. Si corpus aīale: est & corpus Ge.2.b
spirituale, sicut scriptū est. Factus est primus hō Adam in

animam viuentem:nouissimus Adam in spiritum viui-
ficantem, sed non prius quod spirituale est, sed quod ani
male:deinde quod spirituale. Primus homo de terra, ter
renus, secũdus homo de cœlo cœlestis. Qualis terrenus.
tales & terreni, & qualis cœlestis, tales & cœlestes. Igi-
tur sicut portauimus imaginẽ terreni:portemus & ima-
ginem cœlestis. Hoc autem dico fratres:quia caro & san
guis regnum dei possidere non possunt:neq; corruptio
incorruptelam possidebit. Ecce mysterium vobis dico.
Omnes quidem resurgemus. sed non omnes immuta- G
bimur. In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba (ca
net enim tuba) & mortui resurgent incorrupti: & nos
immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc, induere
incorruptionem, & mortale hoc, induere immortalita-
tem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatẽ:
Oseæ 13.d tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in vi-
ctoria. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus
Heb.2.d tuus? Stimulus autem mortis pctm̃ est:virtus vero pecca
ti:lex. Deo autem grãs qui dedit nobis victoriã per do-
1.Ioan.5.a minum Iesum Christum. Itaq; fratres mei dilecti, stabi-
les estote & immobiles: abundantes in opere domini
semper, scientes quod labor vester non est inanis in do-
mino.

CAP. XVI.

De collectis aũt q̃ fiũt i sanctos, sicut ordinaui eccle
siis Galatiæ:ita & vos facite. Per vnã sabbati vnus- A
quisq; vestrum apud se seponat, recondens quod ei be-
ne placuerit:vt non cum venero, tunc collectæ fiant. Cũ
autem prñs fuero, quos ꝓbaueritis per epistolas, hos mit
tam præferre gratiam vestram in Hierusalem. Quod si
dignum fuerit vt ego eum:mecum ibunt. Veniam autẽ
ad vos:cum Macedoniam pertransiero, nam Macedoni
am pertransibo. Apud vos aũt forsitan manebo, vel etiã
hyemabo:vt vos me deducatis quocunque iero. Nolo B
enim vos mõ in transitu videre, spero enim me aliq̃tulũ

temporis manere apud vos, si dñs permiserit. Permanebo aũt Ephesi vsq; ad Penthecosten. Ostium enim mihi apertum est magnũ & euidens, & aduersarii multi. Si autem venerit Timotheus: videte vt sine timore sit apud vos, opus enim domini operatur, sicut & ego. Ne quis ergo illum spernat, deducite aũt illũ in pace: vt veniat ad me. Expecto enim illum cũ fratribus. De Apollo autem fratre, vobis notum facio qm̃ multum rogaui eum vt veniret ad vos cum fratribus: & vtiq; non fuit voluntas eius vt nunc veniret, veniet aũt cum ei vacuũ

C fuerit. Vigilate, state in fide, viriliter agite & confortamini: omnia vestra in charitate fiant. Obsecro autẽ vos fratres. Nostis domũ Stephanæ & Fortunati & Achaici quoniam sunt primitiæ Achaiæ, & in ministerium sanctorum ordinauerunt seipsos, vt & vos subditi sitis eiusmodi, & omni cooperanti & laboranti. Gaudeo autem in p̃sentia Stephanæ & Fortunati & Achaici: quoniã id quod vobis deerat, ipsi suppleuerunt. Refecerunt. n. & meum spiritum & vestrum. Cognoscite ergo qui einsmodi sunt. Salutant vos omnes ecclesiæ Asiæ. Salutant vos in domino multum. Aquila & Priscilla cum domestica sua ecclesia, apud quos & hospitor. Salutãt vos oẽs fratres. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutatio: mea manu Pauli. Si quis non amat dominum nostrũ Iesum Christum, sit anathema: maranatha. Gratia domini nostri Iesu Christi vobiscum. Charitas mea cum omnibus vobis in Christo Iesu. Amen.

ARGVMENTVM IN SECVNdam Epistolam Pauli ad Corinthios.

POst actam a Corinthiis pœnitentiam, cõsolatoriã scribit eis Epistolam apostolus a Troade per Titum. Et collaudans eos, hortatur ad meliora: contristatos quidem eos, sed emendatos ostendens.

EPISTOLA PAVLI AD CO-
rinthios ſecunda. CAPVT. I.



AVLVS Apoſtolus Ieſu A
Chriſti per volũtatem dei, & Ti
motheus frater: eccleſiæ dei quæ
eſt Corinthi, cum omnibus ſan-
Eph.1.a ctis qui ſunt in vniuerſa Achaia,
1.Pe.1.a gratia vobis & pax a deo patre
noſtro, & dño Ieſu Chriſto. Be-
nedictus deus & pater dñi noſtri
Ieſu Chriſti: pater miſericordiarum, & deus totius conſola
tionis, qui cõſolatur nos in omni tribulatione noſtra: vt
poſſimus & ipſi conſolari eos qui in omni pſſura ſunt, B
per exhortationem qua exhortamur & ipſi a deo, q̃m
ſicut abundant paſſiones Chriſti ĩ nobis: ita & per Chri
ſtum abundat & conſolatio noſtra, Siue autem tribula-
mur pro veſtra exhortatione & ſalute, ſiue conſolamur
pro veſtra conſolatione & ſalute, quæ operatur toleran
tiam earũdem paſſionum, quas & nos patimur, & ſpes
noſtra firma eſt pro vobis, ſcientes ꝙ ſicut ſocii paſſionũ
eſtis, ſic eritis & conſolationis. Non.n.volumus ignora
re vos fratres de tribulatiõe noſtra quæ facta eſt in Aſia,
quoniam ſupra modũ grauati ſumus ſupra virtutem, ita
vt tæderet nos etiã viuere. Sed ipſi, in nobiſipſis reſpon
ſum mortis habuimus, vt non ſimus fidentes in nobis,
ſed in deo qui ſuſcitat mortuos, qui de tantis periculis
nos eripuit, & eruit: in quẽ ſperamus: quoniam & adhuc
eripiet, adiuuantibus & vobis in oratione pro nobis: vt
ex multarum perſonis facierum, eius quæ in nobis eſt do-
nationis, per multos gratiæ agantur pro nobis. Nã glo- C
ria nr̃a hæc eſt, teſtimoniũ cõſciẽtiæ noſtræ, ꝙ in ſimpli
citate cordis, & ſynceritate dei: & non in ſapientia car-

nali, sed in gratia dei conuersati sumus in hoc mundo,
abundantius autem ad vos. Non enim alia scribimus
vobis, quam quæ legistis & cognouistis. Spero autem q̄
A vsq; in finē cognoscetis, sicut & cognouistis nos ex par
te, quod gloria vestra sumus, sicut & vos nostra in die
domini nostri Iesu Christi. Et hac confidentia volui pri
us venire ad vos, vt secundam gratiam haberetis: & per
vos transire in Macedoniā, & iterū à Macedonia venire
D ad vos, & a vobis deduci in Iudæā. Cū ergo hoc voluis
sem, nūqd leuitate vsus sum? Aut quæ cogito, scd̄m car
nem cogito, vt sit apud me. Est & Non. Fidelis autē de
us, quia sermo noster qui fuit apud vos, nō est in illo Est
& non: sed est in illo est: Dei enim filius Iesus Christus,
qui in vobis per nos p̄dicatus est. per me & Syluanū &
Timotheum, non fuit in illo Est & Non, sed Est in illo
fuit. Quotquot enim promissiones dei sunt, in illo Est.
Ideo & per ip̄m, amen, deo ad gloriam nostram. Qui
autem confirmat nos vobiscum in Christum, & qui vn-
xit nos, deus: qui & signauit nos, & dedit pignus spiri-
tus in cordibus nostris. Ego autem testem deum inuoco
in animam meam, q̄ parcens vobis, non veni vltra Co-
rinthum non quia dominamur fidei vestræ, sed adiuto
res sumus gaudii vestri. Nam fide statis.

CAPVT. II.

A STatui autem hoc ipsum apud me, ne iterum in tri
stitia venirem ad vos. Si enim ego contristo vos: &
quis est qui me letificet, nisi qui contristatur ex me? Et
hoc ipsum scripsi vobis: vt non cum venero, tristitiam
super tristitiam habeam de quibus oportuerat me gau-
dere, cōfidens in omnibus vobis quia meum gaudium,
omnium vestrum est. Nam ex multa tribulatione & an
gustia cordis scripsi vobis per multas lachrymas: non vt
B contristemini, sed vt sciatis quam charitatē habeā abun
dantius in vobis. Si quis autem contristauit me: non me

contristauit:sed ex parte, vt non onerem omnes vos.
Sufficit illi qui eiusmodi est, obiurgatio hæc quæ fit à
pluribus:ita vt econtrario magis donetis & consolemi-
ni, ne forte abundantiori tristitia absorbeatur qui eius- C
modi est. Propter quod obsecro vos, vt confirmetis in il
lum charitatem. Ideo enim & scripsi vobis:vt cognoscá
experimentum vestrum, an in omnibus obedientes sitis.
Cui autem aliquid donastis, & ego. Nam & ego quod
donaui:siquid d ono propter vos in persona Christi vt
non circũueniamur a sathana, non enim ignoramus co
gitationes eius. Cum venissem autem Troadẽ propter
euangelium Christi & ostium mihi apertum esset in do
mino:non habui requiem spiritui meo:quod non inue
nerim Titum fratrem meum, sed valefaciens eis, profe- D
ctus sum in Macedoniam. Deo autem gratias: qui sem-
per triumphat nos in Christo Iesu, & odorem notitiæ
suæ manifestat per nos in omni loco:quia Christi bonus
odor sumus:in iis qui salui fiunt, & in iis qui pereunt:ali
is quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vi-
tæ in vitam. Et ad hæc quis tam idoneus? Nõ enim su
mus (sicut plurimi) adulterantes verbum dei, sed ex syn
ceritate. sicut ex deo coram deo:in Christo loquimur.

CAP, III.

INcipimus iterum semetipsos cõmendare? Aut num
quid egemus (sicut quidam) cõmendatitiis epistolis A
ad vos, aut ex vobis? Epistola nostra vos estis, scripta in
cordibus nostris, quæ scitur & legitur ab omnibus homi
nibus:mãifestati ꝙ epistola estis: Christi ministrata a no
bis & scripta nõ atramẽto sed spũ dei viui, nõ in tabulis
lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Fiduciã aũt talẽ
Heb.4. hẽmus per Christũ ad deum, non quod sufficientes si-
mus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficiẽ
tia nostra ex deo est:qui & idoneos nos fecit, ministros B
noui testamenti:non literæ, sed spiritus, litera enim oc-

cidit, ſpiritus autem viuificat. Quod ſi miniſtratio mor-
tis literis deformata in lapidibus: fuit in gloria, ita vt nõ
poſſent intendere filii Iſrael in faciem Moyſi propter
C gloriam vultus eius quæ euacuatur: quomodo non ma-
gis miniſtratio ſpiritus erit in gloria? nam ſi miniſtratio Exo.4.
G damnationis, in gloria eſt: multo magis abundat mini- d
ſterium iuſtitiæ in gloria. Nam nec glorificatũ eſt quod
claruit in hac parte, propter excellentem gloriam. Si eñ
quod euacuatur, per gloriam eſt: multo magis quod ma
net, in gloria eſt. Habentes igitur talem ſpem, multa fi-
dutia vtimur: & non ſicut Moyſes ponebat velamen ſu
per faciem ſuam, vt non intenderent filii Iſrael in faciẽ
D eius quod euacuatur: ſed obtuſi ſunt ſenſus eorum. Vſq;
in hodiernum enim diem, idipſum velamen in lectiõe
veteris teſtamenti manet non reuelatum (quoniam in
Chriſto euacuatur) ſed vſq; in hodiernum diem, cum le
gitur Moyſes, velamen poſitum eſt ſuper cor eorũ. Cum
autem conuerſi fuerint ad dominũ: auferetur velamen. Io.4.c
Dominus autem, ſpiritus eſt. Vbi autem ſpiritus domi-
ni: ibi libertas. Nos vero omnes, reuelata facie gloriam
domini ſpeculantes: in eandem imaginẽ trãsformamur
à claritate in claritatem: tanquam à domini ſpiritu.

CAPVT. IIII.

A IDeo hñtes hanc miniſtrationẽ: iuxta quod miſericor
diã cõſecuti ſumus, non deficimus, ſed abdicamus oc
culta dedecoris, non ambulantes in aſtutia, neq; adulte
rantes verbum dei ſed in manifeſtatione veritatis com
mendantes noſmetipſos ad oẽm conſcientiã hoĩum co
ram deo. Quod ſi etiam opertum eſt euãgelium noſtrũ:
in iis qui pereũt eſt opertũ, in qbus deus huius ſeculi ex
cæcauit mentes infideliũ, vt non fulgeat illis illumina-
B tio euangelii glĩæ Chriſti, q eſt imago dei. Non.n. noſ
metipſos p̃dicamus, ſed Ieſum Chriſtũ dñm noſtrum:
nos autem, ſeruos veſtros per Ieſum, qm̃ deus qui dixit

de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus
nostris ad illuminationem scientiæ claritatis dei, in fa-
cie Christi Iesu. Habemus autem thesaurum istum in va
sis fictilibus, vt sublimitas sit virtutis dei, & non ex no-
bis. In omnibus tribulationem patimur: sed non angu-
stiamur, aporiamur: sed non destituimur persecutionem
Psal.115. a patimur: sed non derelinquimur, humiliamur, sed non
confundimur: deiicimur, sed non perimus, semper mor C
tificationem Iesu Christi in corpore nostro circunferen
tes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nris. Sem
per enim nos qui viuimus in mortem tradimur propter
Iesum: vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mor
tali. Ergo mors in nobis operatur: vita autem in vobis.
Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum
est. Credidi, propter quod locutus sum, & nos credimus
propter quod & loquimur, scientes qm̄ qui suscitauit Ie
sum, & nos cum Iesu suscitabit & constituet vobiscum. D
Omnia enim propter vos: & gratia abundans, per mul
tos in gratiarum actione abundet in gloriam dei. Propter
quod, non deficimus, sed licet is qui foris est noster ho-
mo corrumpatur: tamē is qui intus est, renouatur de die
in diem. Id enim quod in p̄senti est momentaneum &
leue tribulationis nostræ: supra modum in sublimitate
æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non cōtem
plantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur.
Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ autem nō vi
dentur: æterna sunt.

CAP. V.

Scimus enim qm̄ si terrestris domus nostra huius ha A
bitationis dissoluatur, quod ædificationem ex deo
Apo.16. e habemus, domum non manufactam, æternam in cœlis.
Nam & in hoc in gemiscimus: habitationem nostram
quæ de cœlo est, superindui cupiētes, si tn̄ vestiti & nō
nudi inueniamur, Nam & qui sumus in hoc tabernacu
lo, ingemiscimus grauati, eo quod nolumus expoliari,

ſed ſuperueſtiri, vt abſorbeatur quod mortale eſt, à vita
Qui autem efficit nos in hoc ipſum deus: qui dedit no
bis pignus ſpiritus. Audentes igitur ſemper, & ſcientes
E quoniam dum ſumus in hoc corpore, peregrinamur à
domino (Per fidem enim ambulamus: & nõ per ſpẽm)
audemus autem, & bonam voluntatem habemus ma-
gis peregrinari à corpore, & pñtes eſſe ad dominum. Et Ro.14.
ideo contendimus, ſiue abſentes, ſiue pñtes placere illi. b
Omnes enim nos manifeſtari oportet añ tribunal Chri
ſti: vt referat vnuſquiſq; propria corporis prout geſſit ſi
ue bonum ſiue malum. Scientes ergo timorem domini,
hominibus ſuademus: deo autem manifeſti ſumus. Spe-
C ro autem & in conſcientiis veſtris manifeſtos nos eſſe.
Non iterũ cõmendamus nos vobis: ſed occaſionem da
mus vobis, gloriandi pro nobis, vt habeatis ad eos qui
in facie gloriantur, & non in corde. Siue enim mente ex
cedimus, deo, ſiue ſobrii ſumus, vobis. Charitas. n. Chri
ſti vrget nos: æſtimantes hoc: q̃m ſi vnus pro oĩbus mor
tuus eſt, ergo oẽs mortui ſunt: & pro omnibus mortuus
eſt Chriſtus: vt & qui viuunt: iam non ſibi viuãt, ſed ei
q pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit. Itaq; nos, ex hoc
neminem nouimus ſecundũ carnem. Et ſi cognouimus
D ſecundum carnem Chriſtum: ſed nunc iã non nouimus.
Si qua ergo in Chriſto noua creatura: vetera tranſierũt,
ecce facta ſunt omnia noua. Omnia aũt ex deo, qui nos
reconciliauit ſibi per Chriſtum: & dedit nobis miniſteri Eſa.43.c
um reconciliationis. Quoniam q̃dem, deus erat in Chri Apo.2.b
ſto mundum reconcilians ſibi: non reputans illis delicta
ipſorum, & poſuit in nobis verbum reconciliationis, p
Chriſto ergo legatione fungimur, tanq̃ deo exhortante
per nos. Obſecramus pro Chriſto. recõciliamini deo. Eũ
qui non nouerat peccatum, nobis peccatum fecit: vt nos
efficeremur iuſtitia dei in ipſo.

CAPVT. VI.

ADiuuantes autem exhortamur. Ne in vacuũ gra-
Esa.49. c tiam dei recipiatis. Ait enim. Tẽpore accepto ex- A
audiui te:& in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus
1.Cor. 4.a acceptabile:ecce nunc dies salutis. Nemini dantes vllá
offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum:
sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei mi-
nistros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessi
tatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditioni-
bus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, in castitate, in sci B
entia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in
charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute dei, per
arma iustitiæ à dextris & à sinistris, per gloriam & igno
bilitatem, per infamiam & bonam famam: vt seducto-
res, & veraces: sicut qui incogniti: quasi morientes, & ec
ce viuimus: vt castigati, & non mortificati: quasi tristes,
semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem C
locupletantes, tanq̃ nihil habentes, & omnia possiden-
tes. Os nostrum patet ad vos ô Corinthii, cor nostrũ di-
latatum est, nõ angustiamini in nobis, angustiamini au
tem in visceribus vestris. Eandem autem habẽtes remu
nerationem (tanq̃ filiis dico) dilatamini & vos. Nolite
iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio
iustitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas luci ad tene-
bras. Quæ autem conuentio Christi ad belial? Aut quæ D
1.Cor. 3.b & c d pars fideli cum infideli? Quis autem consensus templo
dei cum idolis? Vos enim estis templum dei viui: sicut
Lui. c:6b dicit deus. Quoniam inhabitabo in illis, & inambula-
bo inter eos, & ero illorum deus, & ipsi erunt mihi po-
Esa.52. polus. Propter quod exite de medio eorum, & separa-
mini, dicit dñs, & immũdũ ne tetigeritis: & ego recipiá
Hier. 31.a vos: & ero vobis in patrẽ: & vos eritis mihi in filios & fi
lias, dicit dñs oĩpotens.

CAP. VII.

HAs ergo habentes promissiones charissimi, mun- A
demus nos ab omni inquinamento carnis & spiri

rus, perficientes sanctificationem in timore dei. Capite
nos. Neminem lesimus, neminem corrumpimus, nemi-
nem circunuenimus. Non ad condemnationem vestrã
dico. Prædiximus enim quod in cordibus nostris estis
ad commoriendum & ad conuiuendum. Multa mihi fi-
dutia est apud vos: multa mihi gloriatio pro vobis re-
pletus sum consolatione: superabundo gaudio in omni
B tribulatione nostra. Nam & cum venissemus in Mace-
doniam, nullam requiem habuit caro nostra, sed omnẽ
tribulationem passi sumus: foris pugnæ: intus timores.
Sed qui consolatur humiles consolatus est nos, deus, in
aduentu Titi. Non solum autem in aduentu eius, sed
etiam in consolatione, qua consolatus est in vobis, refe-
rens nobis vestrum desiderium, vestrum fletum, & ve-
stram æmulationem pro me, ita vt magis gauderem.
Quoniam etsi contristaui vos in epistola: non me pœni
tet. Et si pœniteret, videns ꝙ epistola illa (& si ad horam)
vos contristauit. Nunc gaudeo, nõ quia contristati estis:
C sed quia contristati estis ad pœnitentiam. Contristati
enim estis secundum deum, vt in nullo detrimentum 1.Pe.2.c
patiamini ex nobis. Quæ enim secundum deum tristitia
est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur: seculi au
tem tristitia mortem operatur. Ecce enim hoc ipsum se
cundum deum contristari vos, quantam in vobis opera
tur solicitudinem, sed defensionem, sed indignationẽ,
sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed
vindictam. In omnibus exhibuistis vos incontaminа-
tos esse negotio. Igitur & si scripsi vobis: non propter
eum qui fecit iniuriam, nec propter eum qui passus est,
sed ad manifestandam solicitudinem nostram quam ha
D bemus pro vobis coram deo, ideo consolati sumus. In
consolatione autem nostra abundantius magis gauisi
sumus super gaudio Titi: quia refectus est spiritus eius
ab omnibus vobis. Et si quid apud illum de vobis glo-

riatus sum:non sum confusus, sed sicut omnia vobis in
veritate locuti sumus:ita & gloriatio nostra quæ fuit ad
Titum, veritas:facta est, & viscera eius abundantius in
vobis sunt, reminiscentis omnium vestrum obedientiá,
quomodo cum timore & tremore excepistis illum. Gau
deo:quod in omnibus confido in vobis.

CAPVT. VIII.

NOtam autem facimus vobis fratres gratiam dei
quæ data est ĩ ecclesiis Macedoniæ:quod in mul-
to experimento tribulationis, abundantia gaudii ipsoꝝ A
fuit, & altissima paupertas eoꝝ abundauit in diuitias
simplicitatis eorum, quia secundum virtutem (testimo-
nium illis reddo) & supra virtutem voluntarii fuerunt,
cum multa exhortatione obsecrãtes nos gratiam & cõ-
municationem ministerii quod fit in sanctos. Et non si-
cut sperauimus, sed semetipsos dederunt, primum dño,
deinde nobis per volũtatẽ dei: ita vt rogaremus Titũ,
queãdmodum cœpit, ita & perficiat in vobis etiam gra
tiam istam. Sed sicut in oĩbus abundatis fide & sermõe, B
& scientia:& omni solicitudine:insuper & charitate ve
stra in nos, vt in hac gratia abundetis. Non quasi impe-
rans dico:sed per aliorum solicitudinem: etiam vestræ
charitatis ingenium bonum comprobans. Scitis.n.gra-
tiam domini nostri Iesu Christi:qm̃ propter vos egenus
factus est, cũ esset diues:vt illius inopia: vos diuites esse
tis. Et consilium in hoc do. Hoc enim vobis vtile est:q
non solum facere:sed & velle cœpistis ab anno priore:
nũc vero & facto perficite:vt quemadmodum prõptus
est animus voluntatis:ita sit & perficiendi ex eo quod
habetis. Si enim voluntas prompta est. secundum id qđ C
habet:accepta est:non secundum id quod non habet,
Non enim vt aliis sit remissio:vobis autem tribulatio:
sed ex æqualitate. In p̃senti tpe: vestra abũdãtia, illoꝝ
inopiam suppleat, vt & illorum abundantia vestræ ino

piæ ſit ſupplementum, vt fiat æqualitas, ſicut ſcriptum
eſt. Qui multũ, non abundauit, & q̃ modicũ, non mino Exo. 16. d
rauit. Gratias aũt ago deo q̃ dedit eandẽ ſolicitudinem
pro vobis in corde Titi, qm̃ exhortationẽ qdem ſuſce-
pit: ſed cum ſolicitior eſſet, ſua voluntate pfectus eſt ad
vos. Miſimus ẽt cũ illo fratrẽ nr̃m, cuius laus eſt in euan
D gelio per oẽs eccleſias, non ſolũ aũt: ſed & ordinatus eſt
ab eccleſiis comes pegrinationis nr̃æ, in hanc gr̃am quæ
miniſtratur a nobis ad domini gloriã & deſtinatã volũ-
tatem nr̃am, deuitantes hoc, ne quis nos vitupet in hac
plenitudine, quæ miniſtratur à nobis in domini gloriã.
Prouidemus enim bona: non ſolum corã deo, ſed etiam Roma. 17. d
coram hominibus. Miſimus aũt cum illis & fratrem no
ſtrum, quem pbauimus in multis ſæpe ſolicitũ eſſe, nũc
aũt multo ſolicitiorem, confidentia multa in vos ſiue p
Tito qui eſt ſocius meus & in vobis adiutor: ſiue fratres
noſtri apl̃i eccleſiarũ, gloria Chriſti. Oſtẽſionẽ ergo quæ
eſt charitatis veſtræ & noſtræ gloriæ pro vobis, in illos
oſtendite in facie eccleſiarũ.

CAP. IX.

A NAm de miniſterio quod fit in ſanctos: ex abundã
ti eſt mihi ſcribere vobis. Scio enim promptũ anĩ
mum veſtrum: pro quo de vobis glorior apud Macedo-
nes. Quoniam & Achaia parata eſt ab anno pterito, &
veſtra æmulatio puocauit plurimos. Miſimus ãt fratres,
vt ne quod gloriamur de vobis euacuetur in hac parte:
vt (quemadmodum dixi) parati ſitis: ne cum venerint
Macedones mecum, & inuenerint vos imparatos erube
ſcamus nos, vt non dicamus vos in hac ſubſtantia. Ne-
ceſſarium ergo exiſtimaui rogare fratres, vt pueniant ad
vos, & pparent repromiſſam benedictionẽ hanc paratã
eſſe, ſic, quaſi benedictionem: non tanq̃ auaritiam, hoc
autem dico. Qui parce ſeminat: parce & metet, & qui ſe
minat in benedictionibus de bn̄dictionibus & metet.

Vnusquisq; prout destinauit in corde suo:non ex tristi-
Eccl.35. tia aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit de
b us. Potens est aūt deus omnem gratiam abundare face-
Psal. re in vobis: vt in omnibus semper omnem sufficientiam
111.b habentes: abūdetis in omne opus bonum, sicut scriptū
est. Dispersit dedit pauperibus: iustitia eius manet in se C
culum seculi. Qui autem administrat semen seminanti:
& panem ad manducandum pstabit, & multiplicabit
semen vestrum, & augebit incrementa frugum iustitiæ
vestræ, vt in omnibus locupletati abundetis in omnem
simplicitatem, quæ operatur per nos gratia℞ actionem
deo. Quoniam ministerium huius officii, non solū sup-
plet ea quæ desunt sanctis sed etiam abundat per mul D
tas gratiarum actiones in dño, per probationem mini-
sterii huius glorificantes deum in obedientia confessio
nis vestræ in euangelio Christi: & simplicitate cōmuni-
cationis vestræ in illos, & in omnes & in ipsorum obse
cratione pro vobis desiderantium vos propter eminen-
tem gratiā dei in vobis. Gratias ago deo super inenar-
rabili dono eius.

CAP. X.

Ipse autem ego Paulus obsecro vos per mansuetudi- A
nem & modestiam Christi, qui in facie quidem hu-
milis sum inter vos: absens autem confido in vobis. Ro
go aūt vos, ne pñs audeam per eam confidentiam qua
existimo audere in quosdam quia arbitrantur nos tanq̃
secundum carnem ambulemus. In carne enim ambulan
tes: non secundum carnē militamus. Nam arma militię
nostræ non carnalia sunt: sed potētia deo ad destructio B
nem munitionum, consilia destruentes, & omnem alti-
tudinem extollentem se aduersus scientiā dei, & in ca-
ptiuitatem redigentes oēm intellectum in obsequium
Christi, & in promptu habentes vlcisci omnem inobe-
dientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia. Quæ se
cundum faciem sunt, videte. Si quis confidit sibi, Chri-

sti se esse, hoc cogitet iterũ apud se: quod sicut ipse Chri
sti est, ita & nos. Nam & si amplius aliqd gloriatus fue
ro de ptāte nostra quam dedit nobis dñs in ædificatio
nem & nõ in destructionẽ vestrã: non erubescam. Vt ãt
non existimer tanq̃ terrere vos per epistolas (Quoniam
quidem epistolæ, inquiunt, graues sunt & fortes, præsen
tia autem corporis infirma, & sermo cõtemptibilis) hoc
cogitet qui eiusmodi est, quia quales sumus verbo p epi
stolas absentes, tales & pñtes in facto. Non. n. audemus
inserere aut comparare nos quibusdam, qui seipsos com
mendant: seipsi in nobis nosmetipsos metientes, & cõ-
parantes nosmetipsos nobis. Nos autem in non immẽ Ephe.
sum gloriabimur: sed secundum mensuram regulæ qua 4.d
mensus est nobis deus mensuram pertingendi vsq; ad
D vos. Non enim quasi non pertingentes ad vos, superex
tendimus nos. Vsq; ad vos enim peruenimus in euan-
gelio Christi: non in immensum gloriantes in alienis la
boribus, spem aũt habentes crescẽtis fidei vestræ, in vo
bis magnificari secundũ regulam nostram in abundan-
tia, etiam in illa quæ vltra vos sunt euangelizare, non 1.Cor.
in aliena regula, in iis quæ p̃parata sunt gloriari. Qui au 1.d
tem gloriatur, in domino glorietur. Non enim qui se- Hier.9
ipsum commendat ille, probatus est: sed quem deus cõ g
mendat.

CAP. XI.

A Vtinam sustineretis modicũ quid insipiẽtiæ meæ,
sed & supportate me. Aemulor em̃ vos dei æmu-
latione. Despondi enim vos uni uiro uirginem castam
exhibere Christo. Timeo autem ne sicut serpens Euam
seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus uestri, & ex
cidant a simplicitate: quæ est in Christo. Nam si is qui
uenit, alium Christum prædicat quem non prædicaui- Gen.3
mus, aut alium spiritum accipitis quem non accepistis,
B aut aliud euangelium quod nõ recepistis, recte patere-
mini. Existimo. n. nihil me minus fecisse a magnis aplis.

Nam etsi imperitus sermone: sed non sciẽtia. In omnibus autem manifestus sum vobis. Aut nunquid pctm̃ feci, me ipm̃ humilians, vt vos exaltemini? qm̃ gratis euãgelium dei euangelizaui vobis? alias ecclesias expoliaui, accipiens stipendia ad ministerium vestrum. Et cũ essem apud vos, & egerem: nulli onerosus fui, nam quod mihi deerat, suppleuerunt fratres qui venerunt a Macedonia & in omnibus sine onere me vobis seruaui, & seruabo. Est veritas Christi in me qm̃ hæc gloriatio nõ infringetur in me in regionibus Achaiæ. Quare? quia nõ diligo vos? Deus scit. Quod aũt facio: & faciam, vt amputem occasionem eoꝝ qui volunt occasionẽ: vt in quo gloriantur: inueniantur, sicut & nos. Nã eiusmodi pseudapostoli, sunt operarii subdoli, transfigurantes se in apostolos Christi. Et non mirum: ipse enim sathanas transfigurat se in angelum lucis, non est ergo magnum, si ministri eius transfigurantur velut ministri iustitiæ, quorũ finis erit secundum opera ipsorum. Iterum dico: ne quis me putet insipientem esse alioquin velut insipientẽ accipite me, vt & ego modicũ quid glorier. Quod loquor: non loquor secundũ deum, sed quasi insipientia, in hac substantia gloriæ. Quoniam multi gloriantur secundũ carnem: & ego gloriabor. Libenter enim suffertis: cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim, si quis vos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur. si quis in faciem vos cædit. Secundum ignobilitatẽ dico: quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo qs audet (in insipiẽtia dico) audeo & ego. Hebræi sunt: & ego. Israelitæ sunt: & ego. Semen Abrahæ sunt: & ego. Ministri Christi sunt (vt minus sapiens dico) & ego, in laboribus plurimis, in carceribus abundãtibus, in plagis supra modum, in mortibus frequenter. A Iudæis quinquies quadragenas, plagas vna minus, accepi. Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci,

Act. 16. c
Act. 14. c
Act. 27. a

nocte

nocte & die in profundo maris fui: in itineribus sæpe,
F periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex ge
nere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis
in solitudine, periculis in mari, piculis in falsis fratribus
in labore & ærumna, in vigiliis multis, in fame, & siti,
in ieiuniis multis, in frigore & nuditate, præter illa quæ
extrinsecus sunt: instātia mea quotidiana: solicitudo oĩ-
G um ecclesiarum. Quis infirmatur: & ego non infirmor.
Quis scandalizatur: & ego non vror? Si gloriari oportet
quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor. Deus & pater do Act.9.d
mini nostri Iesu Christi qui est benedictus in secula, scit
quod non mentior. Damasci præpositus gentis Arethæ
regis custodiebat ciuitatem Damascenorum vt me com
prehenderet: & per fenestram in sporta demissus sum p
murum, & sic effugi manus eius. CAP. XII. Act.9.a

SI gloriari oportet (non expedit quidem;) veniā au-
A tem ad visiones: & reuelationes domini. Scio homi
nem in Christo, ante annos quatuordecim (siue in cor-
pore, siue extra corpus nescio: deus scit) raptum hmõi
vsq; ad tertium cœlum. Et scio huiusmodi hominem (si
ue in corpore, siue extra corpus, nescio, deus scit) quoniā
raptus est in paradisum: & audiuit archana verba, quæ
non licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor, pro
me autem nihil, nisi in infirmitatibus meis. Nam & si
B voluero gloriari: nõ ero insipiens, veritatem enim dicā.
Parco autem: ne qs me existimet supra id quod videt in
me, aut aliquid audit ex me. Et ne magnitudo reuela-
tionum extollat me: datus est mihi stimulus carnis meæ
angelus sathanę vt me colaphizet. Propter quod ter do
minū rogaui, vt discederet a me: & dixit mihi. Sufficit
tibi gratia mea: nam virtus, in infirmitate perficitur. Li-
benter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inha-
C bitet in me virtus Christi. Propter quod placeo mihi in
infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in

perſecutionibus, in anguſtiis pro Chriſto. Cum enim in D
firmor: tunc potẽs ſum. Factus ſum inſipiens, vos me coe
giſtis. Ego enim à vobis debui cõmendari, nihil enim
minus feci ab iis qui ſunt ſupra modũ apoſtoli: tãetipſi
nihil ſum. Signa tamen apoſtoli facta ſunt ſuper vos in
omni patientia in ſignis, & ꝓdigiis, & virtutibus. Quid
eſt enim quod minus habuiſtis præ cæteris eccleſiis: niſi
ꝙ ego ipſe non grauaui vos? Donate mihi hanc iniuri E
am. Ecce tertio hoc paratus ſum venire ad vos: & non
ero grauis vobis. Non enim quæro quæ veſtra ſunt: ſed
vos. Nec enim debent filii parentibus theſaurizare, ſed
parentes filiis. Ego autem libentisſime impendã, & ſu-
perimpendar ipſe pro animabus veſtris: licet plus vos F
diligens minus diligar. Sed eſto. Ego vos non grauaui:
ſed cum eſſem aſtutus, dolo vos cepi. Nunquid per ali-
quem eoꝝ quos miſi ad vos circũueni vos? Rogaui Ti
tum: & miſi cum illo fratrem. Nunqd Titus vos circũ-
uenit? nonne eodem ſpiritu ambulauimus? nõne iiſdẽ
veſtigiis? Olim putatis quod excuſemus nos apud vos?
Coram deo: in Chriſto loquimur. Omnia enim chariſ- G
ſimi propter ædificationem veſtram. Timeo enim ne
forte cum venero, nõ quales volo, inueniam vos: & ego
inueniar, à vobis qualem non vultis: ne forte contentio
nes, æmulationes, animoſitates, diſſentiones, detractio
nes, ſuſurrationes, inflationes, ſeditiones ſint inter vos:
ne iterum cum venero, humiliet me deus apud vos: &
lugeam multos ex iis qui ante peccauerunt, & non ege
runt pœnitentiam ſuper immunditia & fornicatione,
& impudicitia quam geſſerunt.

CAPVT. XIII.

Deut. 17.b Mat. 18. ECce tertio hoc venio ad vos. In ore duoꝝ vel triũ A
tertium ſtabit omne verbum. Prædixi enim & ꝓdi
co vt præſens vobis, & nunc abſens iis qui ante pecca-
uerunt & cæteris omnibus, quoniam ſi uenero iterum,

non parcam. An experimẽtum quæritis eius qui in me Ioã.8
loquitur Christus: qui in vobis non infirmatur, sed po- Heb.
B tens est in vobis (Nam etsi crucifixus est ex infirmitate: c
sed viuit ex virtute dei. Nam & nos infirmi sumus in il
lo: sed viuimus cũ eo ex virtute dei in vobis. Vosmet-
ipsos tentate, si estis in fide: ipsi vos probate. An nõ co 1.Cor.
gnoscitis vosmetipsos quia Christus Iesus in vobis est? 114.
nisi forte reprobi estis. Spero autem quod cognoscitis,
quia nos non sumus reprobi. Oramus autem deũ vt ni
C hil mali faciatis: non vt nos probati appareamus, sed vt
vos quod bonum est faciatis: nos autem vt reprobi si-
mus. Non enim possimus aliquid aduersus veritatem:
sed pro veritate. Gaudemus enim quoniam nos infirmi
sumus: vos autem potentes estis. Hoc & oramus, vestrã
consummationem. Ideo hæc absens scribo vt non præ
sens durius agam secũdum potestatem, quam dominus
D dedit mihi in ædificationem: & non in destructionem.
De cætero fratres gaudete, perfecti estote exhortamini,
idipsum sapite, pacem habete, & deus pacis & dilectio-
nis erit vobiscum. Salutate inuicem in osculo sancto. Sa
lutãt vos omnes sancti. Gratia domini nostri Iesu Chri
sti & charitas dei: & communicatio sancti spiritus sit cũ
omnibus vobis. Amen.

ARGVMENTVM IN EPI stolam Pauli ad Galathas.

GAlathæ sunt Græci. Hi, verbum veritatis primũ ab Apostolo acceperunt, sed post discessum eius tentati sunt à falsis Apostolis, vt in legem & circũcisionem verterentur. Hos apostolus reuocat ad fidem veritatis, scribens eis ab Epheso.

EPISTOLA PAVLI AD Galatas. CAPVT. I.



AVLVS Apostolus, non ab A
hominibus: neq; per hominem,
sed per Iesum Christum, & deum
patrem qui suscitauit eum a mor-
tuis, & qui mecum sunt omnes fra
tres, ecclesiis Galatiæ, gratia vobis
& pax a deo patre nostro & domi
no Iesu Christo, qui dedit semetip
sum pro peccatis nostris, vt eriperet nos de præsenti se
culo nequam, seundum voluntatem dei & patris nostri,
cui est gloria in secula seculoꝝ. Amen. Miror quod sic
tam cito trāsferimini ab eo qui vos vocauit gratiā Chri B
sti, in aliud euangelium, quod nō est aliud, nisi sunt ali-
qui qui vos conturbant, & volunt conuertere euangel
um Christi. Sed licet nos, aut angelus de cœlo euangeli
zet vobis præterq̄ qnod euāgelizauimus vobis: anathe-
ma sit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico. Si q̄s vo
bis euangelizauerit præter id quod accepistis: anathe-
ma: sit. Modo enim hominibus suadeo, an deo. An quę
ro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem. C
1. Cor. Christi seruus non essem. Notū vobis facio fratres euan
15. a gelium quod euangelizatum est a me, quia non est secū
dum hominem, neq; enim ego ab homine accepi illud
neq; didici: sed per reuelationem Iesu Christi. Audistis
enim conuersationem meam aliquando in Iudaismo:
quoniam supra modum persequebar ecclesiā dei, & ex-
pugnabam illam: & proficiebā in Iudaismo supra mul-
tos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmu
lator existens paternaꝝ meaꝝ traditionum. Cum autē D
placuit ei qui me segregauit ex vtero matris meæ, & vo
cauit per gratiam suam, vt reuelaret filium suum in me,

vt euangelizarem illum in gentibus: continuo non acquieui carni & sanguini. Neq; veni Hierosolymam ad antecessores meos apostolos: sed abii in Arabiam, & iterum reuersus sum Damascum. Deinde post annos tres veni Hierosolymam videre Petrum: & mansi apud eũ diebus quindecim. Alium autem apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem domini. Quæ autem scribo vobis: ecce coram deo, quia non mentior. Deinde veni in partes Syriæ & Ciliciæ. Eram autem ignotus facie ecclesiis Iudeæ quæ erant in Christo. Tantu m autem auditum habebant. Quoniam qui psequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem, quam aliqñ expugnabat, & in me clarificabant deum.

CAP. II.

A DEinde post annos quatuordecim, iterum ascendi Hierosolymam cum Barnaba, assumpto & Tito. Ascendi autem secundum reuelationem: & contuli cum illis euangelium quod prædico in gẽtibus, seorsum autem iis qui videbantur aliquid esse: ne forte in vanũ currerem aut cũcurrissem. Sed neq; Titus qui mecum erat, cum esset gentilis, compulsus est circũcidi: sed propter subintroductos falsos fratres qui subintroierunt explorare libertatem nostram quam habemus in Christo Iesu, vt nos in seruitutem redigerent. Quibus neq; ad horam cessimus subiectioni: vt veritas euangelii permaneat apud vos.

B Ab iis autem qui videbantur esse aliquid (quales aliquando fuerint, nihil mea interest. Deus e͂m personam hominis non accipit) Mihi enim qui videbãtur esse aliquid: nihil contulerunt. Sed contra: cum vidissent ꝙ creditum est mihi euangelium præputii, sicut & Petro circuncisionis, qui enim operatus est Petro in apostolatum circuncisionis: operatus est & mihi inter gentes, & cum cognouissent gratiam quæ data est mihi. Iacobus & Cephas & Ioannes, qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi & Barnabæ, societatis, vt

Deu.10 d. 2.Pa.19 c. Iob.34 b. Sap.6.b Ecc.35 b. Ro.2.b Eph.6.b Colos. 3.d Ac.10.c 1.Pe.2.c

nos in gentes, ipsa autem in circuncisionem, tantum vt pauperum memores essemus, quod etiam solicitus fuit hoc ipsum facere. Cum autem venisset Cephas Antiochiam: in faciem ei restiti, quia reprehẽsibilis erat. Prius enim quã veniret quidã a Iacobo: cũ gẽtibus edebat. Cũ ãt venissent: subtrahebat & segregabat se, timẽs eos qui ex circuncisione erant. Et simulationi eius consenserunt cæteri Iudæi: ita vt & Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem. Sed cum vidissem ꝙ non recte ambularent ad veritatem euangelii: dixi Cephæ coram omnibus. Si tu cum Iudæus sis, gentiliter viuis, & nõ Iudaicæ: quõ gentes cogis iudaizare? Nos natura Iudæi: & non ex gentibus peccatores. Scientes autem quod nõ iustificatur hõ ex opibus legis nisi per fidẽ Iesu Christi: & nos in Christo Iesu credidimus vt iustificemur ex fide Christi & nõ ex operibus legis. Propter quod ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Quod si quærentes iustificari in Christo, inuenti sumus & ipsi peccatores: nunqd Christus peccati minister est? Absit. Si eñ quæ destruxi, iterum hæc ædifico: ꝑuaricatorem me constituo. Ego enim per legem, legi mortuus sum, vt deo viuam Christo confixus sum cruci. Viuo autem, iam nõ ego: viuit vero in me Christus, quod autem nunc viuo in carne: in fide viuo filii dei qui dilexit me & tradidit semetipsum pro me. Non abiicio gratiam dei. Si enim per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est.

CAP. III.

O Insensati Galathæ, quis vos fascinauit non obedire veritati, ante quoꝝ oculos Iesus Christus ꝑscriptus est & in vobis crucifixus? Hoc solum a vobis volo discere. Ex operibus legis spiritus accepistis, an ex auditu fidei? Sic stulti estis: vt cum spiritu cœperitis, nũc carne cõsũmamini? Tanta passi estis sine cã, si tñ sine cã. Qui ergo tribuit vobis spm̃ & opatur virtutes in vobis:

ex operibus legis, an ex auditu fidei? Sicut scriptum est.
Abraham credidit deo, & reputatum est illi ad iustitiā. Ge.1
Cognoscite ergo quia qui ex fide sunt, ii sunt filii Abra- b
B hæ. Prouidens autem scriptura quia ex fide iustificat gē Ro.4
tes deus: prænuntiauit Abrahæ. Quia benedicentur in Iac.2
te omnes gentes. Igitur qui ex fide sunt benedicentur Ge.22
cum fideli Abraham. Quicunq; enim ex operibus legis Eccl.4
sunt: sub maledicto sunt. Scriptum est enim Maledictus d
omnis qui non permāserit in omnibus quæ scripta sunt Deut
in libro legis, vt faciat ea. Quod autem in lege nemo iu 27.
stificatur apud deum, manifestum est, quia iustus ex fide Abu.2
viuit. Lex autem non est ex fide: sed qui fecerit ea ho- Ro.1
mo, viuet in illis. Christus nos redemit de maledicto le Leui.
gis, factus pro nobis maledictum (quia scriptum est. Ma 18.a
ledictus omnis qui pendet in ligno) vt in gentibus be- Deu.2
nedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu, vt pollicitatio- d
C nem spiritus accipiamus per fidem. Fratres (secundū ho Heb.
minem dico) tamen hominis confirmatum testamentū ft
nemo spernit, aut superordinat. Abrahæ dictæ sunt ꝓ-
missiones & semini eius. Non dicit. Et seminibus, quasi
in multis: sed quasi in vno. Et semini tuo, qui est Chri-
stus. Hoc autem dico testamentum confirmatum a deo:
quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex,
non irritum facit ad euacuandam promissionem. Nam
si ex lege hæreditas iam non ex promissione. Abrahæ
autem per repromissionem donauit deus. Quid igitur
D lex? Propter transgressionem posita est, donec veniret
semen cui ꝓmiserat: ordinata per angelos in manu me
diatoris. Mediator autem vnius non est: deus autē vnus
est. Lex ergo aduersus promissa dei? Absit. Si enim da-
ta esset lex quæ posset viuificare: vere ex lege esset iusti-
tia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato: vt ꝓmis-
sio ex fide Iesu Christi daretur credētibus. Prius autem
quā veniret fides, sub lege custodiebamur cōcilium: in

eam fidem quæ reuelāda erat. Itaq; lex Pædagogus no
ster fuit in Christo: vt ex fide iustificemur. At vbi venit
fides: iam non sumus sub pædagogo. Omnes enim filii
Ro.6.a dei estis per fidem, quæ est in Christo Iesu. Quicunq;.n.
in Christo baptizati estis. Christum induistis. Non est
Iudæus neq; Græcus, non est seruus neq; liber, nō ē ma
sculus neq; fœmina. Omnes enim vos vnū estis in Chri
sto Iesu. Si autem vos Christi: ergo semen Abrahæ estis
secundū promissionem hæredes. CAP. IIII.

DIco autem. quanto tempore hæres paruulus est, ni A
hil differt a seruo, cum sit dominus omnium, sed
sub tutoribus & actoribus est vsq; ad pfinitum tempus
a patre: ita & nos. Cum essemus paruuli, sub elementis
mundi huius eramus seruiētes. At vbi venit plenitudo
temporis, misit deus filium suum factum ex muliere, fa
ctum sub lege: vt eos qui sub lege erant redimeret, vt
Ro.8.c adoptionem filiorū reciperemus. Quoniam autem estis
filii dei: misit deus spm̄ filii sui in corda vestra, clamantē
Abba, pater. Itaq; iam non est seruus, sed filius. Quod si B
filius: & hæres per deum. Sed tunc quidem ignorantes
deum, iis qui natura non sunt dii, seruiebatis. Nunc aūt
cum cognoueritis deum, imo cogniti sitis a deo, quomo
do conuertimini iterū ad infirma & egena elemēta, qui
bus denuo seruire vultis? Dies obseruatis & menses, &
tempora, & annos. Timeo vobis: ne sine causa labora-
uerim in vobis. Estote sicut ego: quia & ego sicut vos:
fratres obsecro vos nihil me læsistis. Scitis autem quod
per infirmitatem carnis euangelizaui vobis iampridem:
& tentationem vestram in carne mea nō spreuistis, neq;
respuistis, sed sicut angelum dei accepistis me, sicut Chri
stum Iesum. Vbi est ergo beatitudo vestra? Testimoniū C
enim perhibeo vobis, quia si fieri posset, oculos vestros
eruissetis, & dedissetis mihi. Ergo inimicus vobis factus
sum, verum dicens vobis? Aemulantur vos non bene:

ſed excludere vos volunt vt illos æmulemini.Bonũ au
tem æmulamini in bono ſemper & non tantum cũ præ
ſens ſum apud vos.Filioli mei, quos iterũ parturio, do-
nec formetur Chriſtus in vobis. Vellem autẽ eſſe apud
vos modo, & mutare vocem meam: quoniam confun-
dor in uobis.Dicite mihi qui ſub lege vultis eſſe legem
non legiſtis? Scriptum eſt enim. Quoniam Abrahã du- Geñ.
os filios habuit: vnum de ancilla: & vnũ de libera . Sed 16.d
qui de ancilla: ſecundum carnem natus eſt: qui autem de Gene.
libera, per repromisſionem, quæ ſunt per allegoriam di 21.a
D ćta.Hæc enim ſunt duo teſtamenta. Vnum quidem in
monte Sina: in ſeruitutem generans: quæ eſt Agar (Sina
enim, mons eſt in Arabia: qui coniunctus eſt ei, q̃ nunc
eſt Hieruſalem (& ſeruit cum filiis ſuis . Illa autem quæ
ſurſum eſt Hieruſalẽ, libera eſt: quæ ẽ mater noſtra.Scri- Eſa.54.
ptum eſt enim. Lætare ſterilis quæ non paris, erumpe & a
clama, quæ non parturis, quia multi filii deſertæ, magis Luc.
quam eius quæ habet virum.Nos autem fratres ſecun- 13.d
dum Iſaac promisſionis filii ſumus.Sed quẽadmodum Ro.9.b
tunc is qui ſecundum carnem natus fuerat perſequeba-
tur eum qui ſecundũ ſpm̃: ita & nunc.Sed quid dicit ſcri Ge.21.a
ptura? Eiice ancillam & filium eius, nõ enim hæres erit
filius ancillæ cum filio liberæ. Itaq; fratres, non ſumus
ancillæ filii, ſed liberæ, qua libertate Chriſtus nos libe-
rauit.

CAP. V.

A STate: & nolite iterum iugo ſeruitutis contineri. Ec
ce ego Paulus dico vobis quoniam ſi circuncidamini Ać.15.
ni.Chriſtus vobis nihil proderit. Teſtificor autem rurſus a
omni homini circuncidenti ſe quoniam debitor eſt vni
uerſæ legis faciendæ, Euacuati eſtis à Chriſto, qui in le-
ge iuſtificamini: à gratia excidiſtis. Nos enim ſpũ: ex fi-
de ſpem iuſtitiæ expećtamus.Nã in Chriſto Ieſu, neq;
circunciſio aliquid valet, neq; p̃putiũ, ſed fides quæ per
B charitatẽ operatur.Currebatis bene, quis vos impediuit

veritati non obedire? Nemini consenseritis. Persuasio
1.Cor. hæc non est ex eo qui vocat vos. Modicũ fermẽtum to
5.b. tam massam corrumpit. Ego cõfido in vobis in domi-
no, quod nihil aliud sapietis: qui aũt cõturbat vos, por-
tabit iudicium, qcunq; est ille. Ego autẽ fratres si circun
cisionem adhuc ꝑsecutionem patior? Ergo: euacuatũ
est scandalum crucis. Vtinã & abscindantur, qui vos cõ C
turbant. Vos enim in libertatẽ vocati estis fratres: tan-
tum ne libertatem in occasionẽ detis carnis, sed per cha
Leui. ritatem spiritus seruite inuicẽ, Omnis enim lex in vno
10.d. sermõe impletur, Diliges proximũ tuum sicut teipsum
Mat. Quod si inuicẽ mordetis & comeditis: videte ne ab in-
22.d. uicem cõsumamini, Dico autem in Christo: spiritu am-
Rom. bulate, & desideria carnis non Perficietis, Caro enim cõ D
12.c. cupiscit aduersus spiritũ: spiritus autẽ aduersus carnem.
Iacob. hæc enim sibi inuicẽ aduersantur: vt nõ quæcunq; vul
2.b. tis, illa faciatis. Quod si spiritu ducimini: non estis sub
Ro. lege. Manifesta sunt aũt opera carnis: quæ sunt fornica-
13.d. tio, immũditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus,
1.pet.2.c veneficia, inimicitiæ, cõtentiones, æmulationes, iræ, ri-
xæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates,
comessationes, & his similia, quæ prædico vobis sicut
prædixi: quoniã qui talia agunt, regnũ dei non cõsequẽ
tur, Fructus autem spiritus est: charitas, gaudiũ, pax, pa-
tientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mãsuetudo,
fides, modestia, continentia, castitas. Aduersus huiusmo
di, non est lex. Quia autem sunt Christi: carnem suam
crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. Si spiritu vi-
uimus: spiritu & ambulemus. Non efficiamur inanis
gloriæ cupidi: inuicem prouocantes, inuicẽ inuidentes.

CAPVT. VI.

FRatres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo A
delicto: vos qui spirituales estis, huiusmodi instrui
te in spiritu, lenitatis, considerans teipsum, ne & tu ten

teris. Alter alterius onera portate: & sic adimplebetis legem Christi. Nam si quis existimat se aliquid esse cum nihil sit: ipse se seducit. Opus autẽ suum probet vnusquisque, & sic in semetipso tãtũ gloriam habebit, & nõ
B in altero, Vnusquisq; enim onus suu mportabit. Cõmu 1.cor.3.b
nicet autem is qui catechizatur verbo, ei q se catechizat in omnibus bonis. Nolite errare Deus nõ irridet. Quæ enim seminauerit homo: hæc & metet. Quoniã qui seminat in carne sua: de carne & metet corruptionẽ qui autem seminat in spiritu: de spiritu metet vitã æternã. Bonum autem faciẽtes, nõ deficiamus. tempore enim suo
G metemus nõ deficientes. Ergo dum tempus habemus: 2.thes.
operemur bonũ ad omnes, maxime autem ad domesti 3.c
cos fidei. Videte qualibus literis scripsi vobis mea manu. Quicunque enim volunt placere in carne hi cogunt vos circuncidi, tantũ vt crucis Christi persecutionem nõ
D patiantur. Neq; enim qui circunciduntur, legem custodiunt. sed volunt vos circuncidi: vt in carne vestra glorientur. Mihi aũt absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi: per quẽ mihi mundus crucifixus est, & ego mũdo. In Christo enim Iesu, neq; circũcisio aliquid valet, neq; præputium: sed noua cratura. Et quicunque
hanc regulã secuti fuerint. pax super illos & misericor- 1.Pe.2.c.
dia. & super Israel dei. De cætero, nemo mihi molestus sit, Ego. n. stigmata dñi Iesu, in corpore meo porto. Gra dñi nostri Iesu Christi cũ spiritu vestro. fratres. Amen.

ARGVMENTVM IN EPIStolam Pauli ad Ephesiós.

EPhesii, sunt Asiani. Hi, accepto verbo veritatis perstiterunt in fide. Hos collaudat apostolus: scribens eis ab vrbe Roma de carcere per Tychicum diaconum.

EPISTOLA PAVLI AD ephesios. CAPVT. I.



AVLVS Apostolus Ie A
su Christi per volũtatẽ Dei,
oibus sanctis q sunt Ephe-
si, & fidelibus in Christo Ie
su gratia vobis & pax a deo
2.Cor.1.a patre nostro & domino Ie-
1.Pe.1.a su Christo, Benedictus de-
us & pater domini nostri Ie
su Christi:qui benedixit nos
in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Chri-
sto:sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem,
vt essemus sancti & immaculati in cõspectu eius in cha B
ritate:qui prædestinauit nos in adoptionẽ filiorum per
Iesum Christum in ipsum, secundum propositũ volun
tatis suæ, i laudẽ gl̃iæ gr̃æ suæ, in qua gratificauit nos in
dilecto filio suo: in quo habemus redemptionem per
sanguinem eius, remissionẽ peccatorum secundum di-
uitias gratiæ eius, quæ superabundauit in nobis in om
ni sapientia & prudentia, vt notũ faceret nobis, sacra-
mentum voluntatis suæ, secũdum beneplacitum eius,
quod proposuit in eo in dispensatione plenitudinis tẽ
porum instaurare omnia in Christo, quæ in cælis et quæ
in terra sunt in ipso. In quo etiã & nos sorte vocati su-
mus, prædestinati secundũ propositum eius, qui opera-
tur omnia secundum cõsilium volũtatis suæ, vt simus
in laudẽ gloriæ eius nos, qui ante sperauimus in Chri- C
sto, in quo & vos, cum audissetis verbum veritatis, euan
gelium salutis vestræ, in quo & credentes signati estis
spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis
nostræ in redemptionem acquisitionis in laudem glo-
riæ ipsius. Propterea & ego audiens fidẽ vestram quæ

est in Christo Iesu, & dilectionem in omnes sanctos: nō
cesso gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens
in orationibus meis, vt deus (domini nostri Iesu Chri-
sti pater) gloriæ, det vobis spiritum sapientiæ & reuela
tionis, in agnitionē eius, illuminatos oculos cordis ve-
D stri, vt sciatis quæ sit spes vocatiōis eius & quæ diuitiæ
gloriæ hæreditatis eius, in sanctis, & quæ sit superemi
nens magnitudo virtutis eius in nos q credidimus secū
dum operationem potentiæ virtutis eius, quam opera
tus est in Christo, suscitans illum a mortuis, & consti-
tuēs ad dexteram suā in cœlestibus, supra oēm princi-
patum & potestatem & virtutem & dominationem, &
omne nomen quod nominatur non solum in hoc secu
lo, sed etiam in futuro. Et omnia subiecit sub pedibus
eius: & ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam quæ Psal.8.
est corpus ipsius, & plenitudo eius, qui omnia in omni-
bus adimpletur.

CAPVT. II.

ET vos cū essetis mortui delictis & peccatis vestris, Col.2.d
in quibus aliquando ambulastis secundū, seculum
A mundi huius, secundum principē potestatis aeris huius
spiritus qui nūc operatur in filios diffidentiæ: in quibus
& nos omnes aliquando conuersati sumus in desideriis
carnis nostræ, faciētes volūtatem carnis & cogitationū,
& eramus natura filii iræ sicut & ceteri. Deus autem qui
diues est in misericordia, propter nimiā charitatē suam
qua dilexit nos, & cū essemus mortui peccatis, cōuiuifi-
cauit nos Christo, cuius gratia estis saluati & conresusci
tauit & cōsedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu, vt
B ostenderet in seculis superueniētibus abundantes diui
tias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo Iesu.
Gratia enim estis saluati per fidem: & hoc nō ex vobis.
Dei enim donū est, non ex operibus, vt ne quis glorief.
Ipsius enim sumus factura: creati ī Christo Iesu in ope-
ribus bōis, quæ præparauit deus vt in illis ambulemus

Propter quod memores estote ꝙ aliquando vos eratis
gentes in carne, qui dicebamini præputium ab ea quæ
dicitur circuncisio in carne manufacta: quod eratis illo
in tempore sine Christo, alienati à cõuersatione Israel,
& hospites testamentorũ promissionis spem nõ haben
tes, & sine deo in hoc mundo. Nunc aũt in Christo Ie-
su vos qui aliquãdo eratis longe, facti estis prope in san
guine Christi. Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraq; D
vnum, & medium parietẽ maceriæ soluens inimicitias
in carne sua: legẽ mandatorum decretis euacuans: vt du
os cõdat in semetipso in vnũ nouum hominem, faciẽs
pacẽ, vt reconciliet ambos in vno corpore, deo per cru-
cem, interficiens inimicitias in semetipso. Et veniẽs euã
Roñ. gelizauit pacẽ vobis qui longe fuistis: & pacem iis qui
5.2. prope. Quoniã per ipsum habemus accessum ambo in
vno spiritu, ad patrem. Ergo iã non estis hospites & ad
uenæ: sed estis ciues sanctorũ & domestici dei, superedi
ficati super fundamentũ apostolorum & prophetarum,
ipso summo angulari lapide Iesu Christo: ĩ quo omnis
ædificatio constructa crescit in templũ sanctum in domi
no, in quo & vos coædificamini in habitaculum dei: in
spiritu sancto.

CAPVT, III.

HVius rei gratia ego Paulus vinctus Christi Iesu, A
pro vobis gentibus, si tamen audistis dispensatio
nem gratiæ dei quæ data est mihi in vobis: qnoniam se
cundum reuelationem notũ mihi factum est sacramen
tum, sicut supra scripsi in breui: prout potestis egentes
intelligere prudẽtiam meam in misterio Christi, ꝙ aliis
generationibus non est agnitum filiis hominum, sicuti
nunc reuelatum est sanctis apostolis eius & prophetis
in spiritu, gentes esse cohæredes & concorporales & cõ-
participes promissionis eius in Christo Iesu per euange
1.Cor. lium, cuius factus sum ego minister secundũ donũ gra-
10.b. tiæ dei quæ data est mihi secundũ operationem virtu-

tis eius. Mihi enim omnium sanctorum minimo, data
B est gratia hæc, in gentibus euãgelizare inuestigabiles di
uitias Christi, & illuminare oẽs quæ sit dispensatio sa-
cramenti absconditi a seculis in deo, qui oĩa creauit: vt
innotescat principibus & potestatibus in cœlestibus, p
ecclesiam, multiformis sapientia dei secundũ præfinitio
nem seculorum quã fecit in Christo Iesu domino no-
stro, in quo habemus fiduciã & accessum in cõfidentia,
C p fidem eius. Propter quod peto, ne deficiatis in tribu-
lationibus meis pro vobis q̃ est gloria vestra. Huius rei
gratia, flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu
Christi, ex quo oĩs, paternitas in cœlis & in terra nomi-
natur, vt det vobis secundũ diuitias gloriæ suæ, virtutẽ
corroborari per spiritũ eius in interiori homine, Christũ
habitare p fidẽ in cordibus vestris, in charitate radicati
D & fundati, vt possitis cõprehẽdere cum oĩbus sanctis q̃
sit latitudo, & lõgitudo, & sublimitas, & ꝓfundũ, scire
ẽt supereminentẽ scientiæ charitatẽ Christi, vt implea
mini in oẽm plenitudinẽ dei. Ei aũt q potens est oĩa fa
cere supabundanter q̃ petimus. aut intelligimus, secũdũ
virtutem quæ operatur in nobis: ipsi gloria in ecclesia, 1.Cor.
& in Christo Iesu, in omnes generationes seculi seculo- 7.d.
rum. Amen.

CAPVT. IIII.

Rom.
OBsecro itaq; vos ego vinctus in dño, vt digne 12.c.
ambuletis vocatione qua vocati estis cũ omni hu 1.cor.
militate & mansuetudine, cũ paciẽtia, supportantes in 12.b.
A uicẽ in charitate, solliciti seruare vnitatẽ spũs in vincu- Mala.2.b
lo pacis. vnũ corpus, & vnus spiritus sicut vocati estis in Ro.12.a
vna spe vocationis vr̃æ. Vnus dñs, vna fides vnũ bapti 1.Cor.
B sma. Vnus deus & pater oĩum, qui super oẽs & per oĩa, 2.b.
& in oĩbus nobis. Vnicuiq; aũt nostrum data est gratia 12.cor.
secundum mensuram donatiõis Christi. Propter quod 10.d.
dicit: Ascendens in altum, captiuam duxit captiuita- Psal.
tem: dedit dona hominibus. Quod autem ascendit 67.d.

quid est, nisi quia & descendit primũ in inferiores par-
1.Cor. tes terræ? Qui descendit, ipse est & qui ascendit supra
12.d omnes cœlos vt impleret omnia. Et ipse dedit quosdã
quidem apostolos, quosdam autẽ prophetas, alios vero
euangelistas, alios autẽ pastores & doctores ad consum
mationem sanctorum in opus ministerii, in edificatio-
nem corporis Christi: donec occurramus omnes in vni
tatem fidei & agnitiõis filii dei in virum perfectum in
mensuram ætatis plenitudinis Christi: vt iã non simus
paruuli, fluctuantes, & circunferamur omni vento do- A
ctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circõuentio-
nem erroris: veritatẽ autẽ facientes in charitate, crescа-
mus in illo per omnia qui est caput Christus: ex quo to
tum corpus cõpactum & cõnexum per omnem iunctu
ram subministrationis. secundũ operationem in mensu
ram vniuscuiusque membri, augmentũ corporis facit in
Ro.1.c edificationem sui in charitate. Hoc igitur dico & testifi
cor in domino: vt iã non ambuletis sicut & gentes am
bulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratũ haben B
tes intellectũ, alienati a vita dei per ignorãtiam quæ est
in illis propter cæcitatem cordis ipsorum, qui desperãtes,
semetipsos tradiderunt impudiciciæ, in operationẽ im
mundiciæ omnis in auaritiã. Vos autem non ita didici
Col.3.b stis Christũ: si tamen illũ audistis & in ipso edocti estis,
Ro.6.b sicut est veritas in Iesu deponere vos secundũ pristinam
Col.3.b conuersationem veterem hominẽ, qui corrumpitur se-
Heb. cundum desideria erroris. Renouamini autem spiritu
12.a mentis vestræ: & induite nouum hominẽ qui secundũ
1.Pe.2.a deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Pro-
&.4.a pter quod deponentes mendacium. loquimini veritatẽ C
Zac.8.c vnusquisque cum proximo suo: quoniam sumus inuicem
Psal.4.b membra. Irascimini, & nolite peccare. Sol non occidat
Iac.4b. super iracundiam vestram. Nolite locum dare diabolo.
Qui furabatur iam non furetur: magis autẽ laboret ope
rando

rando manibus suis quod bonum est, vt hēat vnde tri-
buat necessitatē patienti. Omnis sermo malus ex ore
G vestro non ꝓcedat: sed si quis bonus est ad ædificationē
fidei, vt det gratiā audientibus. Et nolite cōtristare spūm Col.3.g
sanctum dei: in quo signati estis in die redēptionis. Oīs
amaritudo: & ira, & indignatio, & clamor, & blasphe-
mia tollatur à vobis cum omni malitia. Estote aūt inui
uicem benigni: misericordes, donantes inuicem, sicut &
deus in Christo donauit vobis.

CAP. V.

Io.13.d
A ESTOTE ergo imitatores dei sicut filii charissimi, & &.15.b
ambulate in dilectione, sicut & Chrūs dilexit nos 1.Ioan.
& tradidit semetipsum pro nobis oblationē & hostiam 4.d
deo in odorē suauitatis. Fornicatio aūt & omnis immū Col.3.a
ditia, aut auaritia nec nominetur ī vobis, sicut decet san
ctos, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas,
quæ ad rem non pertinet, sed magis gratiarum actio.
B Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornica-
tor, aut immūdus, aut auarus, quod est idolorū seruitus, 2.The.
non habet hēditatē in regno Christi & dei. Nemo vos 2.a
seducat inanibus verbis, ꝓpter hæc enim venit ira dei Mat.24.
in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici participes eorū. Mar.13.
Erat is enim aliqn tenebræ: nunc aūt lux in dño. Vt fi- a
lii lucis ambulate (Fructus enim lucis, est in omni boni Luc.21.a
C tate, & iustitia, & veritate) ꝓbantes quid sit beneplacitū
deo: & nolite cōicare operibus infructuosis tenebrarum
magis aūt redarguite. Quæ enim in occulto fiūt ab ipsis
turpe est & dicere. Omnia aūt quæ arguuntur: a lumi-
ne manifestantur, oē enim quod manifestatur: lumē ē.
Propter quod dicit; Surge qui dormis, & exurge à mor Col.4.a
tuis: & illuminabit te Christus. Videte itaq; fratres quō
caute ambuletis, non quasi insipientes: sed vt sapientes: Ro.12.a
redimentes tempus, qm̄ dies mali sunt. Propterea nolite 1.Thes.
fieri imprudentes: sed intelligentes quæ sit volūtas dei. 4.a
Et nolite inebriari vino: in quo est luxuria, sed implemi

ni ſpiritu ſancto, loquēs vobiſmetipſis in pſalmis, hym
nis, & canticis ſpūalibus, cantantes & pſallentes in cor- D
dibus veſtris dn̄o, gratias egentes ſemper pro oībus, in
Col.3.c nomine dn̄i noſtri Ieſu Chriſti deo & patri. Subiecti in
1.Cor. uicē, in timore Chriſti. Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint,
11.a ſicut domino, qm̄ vir, caput eſt mulieris, ſicut Chriſtus,
Col.3.c caput eſt eccleſiæ, ipſe ſaluator corporis eius. Sed ſicut
1.Pe.3.a eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ita & mulieres viris ſuis in
Col.3.c omnibus. Viri, diligite vxores veſtras: ſicut & Chrs di-
lexit eccleſiam, & ſeipm̄ tradidit pro ea, vt illam ſancti-
ficaret mundans eam lauacro, aq̄ in verbo vitæ, vt exhi
beret ipſe ſibi glorioſam eccleſiam non hn̄tem maculá F
aut rugam aut aliquid hmōi. ſed vt ſit ſancta & Imacu-
Ge.2.d lata. Ita & viri debent diligere vxores ſuas vt corpora
Mat. ſua. Qui ſuam vxorem diligit, ſeipm̄ diligit. Nemo eñ
19.a vnq̄ carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit & fouet eā, ſi
Mar. cut & Chriſtus eccleſiā, qa mēbra ſumus corpis eius, de G
10.a carne eius & de oſſibus eius. Propter hoc relinquet ho-
1.Cor. mo patrem & matrem ſuam & adhærebit vxori ſuæ, &
6.d erunt duo in carne vna. Sacrm̄ hoc magnum eſt, ego aūt
dico in Chriſto & in eccleſia. Verūtamen & vos ſingu-
li vnuſquiſq; vxorem ſuam ſicut ſeipm̄ diligat, vxor au
tem timeat viꝝ ſuum. CAP. VI.

Col.3.d FIlii, obedite parentibus veſtris in domino, hoc eñ A
iuſtum eſt. Honora patrem tuum & matrem tuā:
Ex.20.c quod eſt mandatum primum in promiſſiōe, vt bene ſit
Deu.5.c ibi & ſis longæuus ſuper terram. Et vos patres, nolite
Eccl.3.d ad iracūdiā prouocare filios veſtros, ſed educate illos in
Mat. diſciplina & correctiōe domini. Serui, obedite dn̄is car-
15.a nalibus cum timore, et tremore ī ſimplicitate cordis vr̄i
Mar.7.d ſicut Xp̄o, non ad oculū ſeruiētes, quaſi hominibus pla
Col.3.d centes. ſed vt ſerui Chriſti, facientes voluntatem dei, ex
Titi.2.c animo: cum bona voluntate ſeruientes ſicut domino, &
1.Pe.2.c non hoībus. Scientes qm̄ vnuſquiſq; quodcunq; fecerit

bonum, hoc recipiet a dño, siue seruus, siue liber. Et vos
B domini, eadem facite filiis, remittentes minas, scientes
quod & illorum & vester dñs, est in cœlis, & personarum ac
ceptio non est apud eum. De cætero fratres, confortami Deu.10.d
ni in dño, & in potentia virtutis eius. Induite vos arma
turam dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli, qm̃ 2.Pa.10.b
non est in nobis colluctatio aduersus carnem & sangui
nem: sed aduersus principes & ptãtes, aduersus mundi Iob.24.c
rectores tenebrarum, contra spũalia. In nequitiæ in cœle- Sap.6.b
stibus. Propterea accipite armaturam dei: vt possitis resi Ec.35.b
C stere in die malo, & in oĩbus pfecti stare. State ergo suc- Ro.2.b
cincti lumbos vr̃os in veritate, & induti loricã iustitiæ, Gal.2.b
& calciati pedes in ꝓparationem euangelii pacis, in oĩ- Col.3.d
bus sumentes scutũ fidei, in quo possitis oĩa tela nequis- Ac.20.e
simi ignea extinguere, & galeam salutis assumite & gla 1.Pe.1.c
dium spũs, qđ est verbum dei. Per oẽm oĩonem & obse 1.Thes.5.b
crationem orantes oĩ tpe & spũ, & in ipso vigilantẽs in
omni instantia, & obsecratione pro oĩbus sanctis: & pro Esa.59.c
me, vt detur mihi sermo in apertione oris mei cum fidu Col.4.a
D tia, notum facere mysterium euangelii, pro quo legatio- 2.Thes.3.a
ne fungor in cathena, ita vt in ipso audeã, put oportet
me loq. Vt aũt & vos sciatis q̃ circa me sunt, qd agam:
oĩa vobis nota faciet Tychus charissimus frater & fide
lis minister in dño: quem misi ad vos in hoc ipm̃, vt co-
gnoscatis q̃ circa nos sunt, vt consoletur corda vr̃a. Pax
fratribus & charitas cum fide a deo patre nostro, & do-
mino Iesu Christo. Gratia cum oĩbus qui diligunt do-
minum nostrum Iesum Christũ in incorruptione. Amẽ.

ARGVMENTVM IN EPI- stolam Pauli ad Philippenses.

Philippẽses, sunt Macedões. Hi accepto verbo veri
tatis: pstiterũt ĩ fide, nec recepunt falsos apl̃os. Hos
col laudat apl̃s: scribẽs eis a Roma carcere, p Epafroditũ.

EPISTOLA PAVLI AD Philippenſes. CAP.I.



AVLVS Et Timotheus ſer A
ui Ieſu Chriſti: omnibus ſanctis
in Chriſto Ieſu, q̃ ſunt Philippis
cum epiſcopis, & diaconibus, gr̃a
vobis & pax a deo patre nr̃o, &
dn̄o Ieſu chriſto. Gratias ago deo
meo in omni memoria veſtri ſem
per in cunctis orationibus meis ꝑ
omnibus vobis: cum gaudio deprecationem faciens ſu-
per communicatione veſtra in euangelio Chriſti a ꝑ̇ma
die vſq; nunc: cõfidens hoc ipſum, quia qui cœpit in vo
bis opus bonũ, perficiet vſq; in diem Chriſti Ieſu, ſicut
eſt mihi iuſtũ hoc ſentire pro omnibus vobis, eo ꝙ ha-
beam vos in corde: & in vinculis meis, & in defenſione,
& confirmatione euangelii, cũ ſocii gaudii mei vos eſſe.
Teſtis enim mihi eſt deus, quomodo cupiã omnes vos B
eſſe in viſceribus Ieſu Chriſti. Et hoc oro, vt claritas ve
ſtra magis ac magis abundet in omni ſciẽtia & in omni
ſenſu: vt probetis potiora vt ſitis ſynceri & ſine offenſa
in diem Chriſti, repleti fructu iuſtitiæ ꝑ Ieſum Chriſtũ,
in gloriam & laudem dei. Scire autem volo vos fratres,
ꝙ quæ circa me ſunt, magis ad ꝓfectum venerunt euan
gelii: ita vt vincula mea manifeſta fierent in Chriſto, in
omni ꝓ̃torio & in cęteris omnibus. & plures è fratribus
in domino confidentes in vinculis meis, abundantius
auderent ſine timore verbum dei loqui. Quidam q̃dẽ
& propter inuidiam & contentionem, q̃dam autem &
propter bonam voluntatẽ Chriſtum ꝓ̃dicant. Quidam C
ex charitate, ſcientes quoniam in defenſionem euange
lii poſitus ſum: quidam autem ex contentione Chriſtũ
annuntiant non ſyncere: exiſtimantes preſſuram ſe ſu-

ſcitare vinculis meis, Quid enim? Dum omni modo ſi-
ue per occaſionem ſiue per veritatem Chriſtus annuntia-
tur: & in hoc gaudeo, ſed & gaudebo. Scio enim qa hoc
A mihi proueniet ad ſalutem, per veſtram oratione & ſub
miniſtrationem ſpiritus Ieſu Chriſti, ſecundum expecta
tionem & ſpem meam, quod in nullo confundar, ſed in
omni fiducia ſicut ſemper, & nunc magnificabitur Chri
ſtus in corpore meo, ſiue per vitam, ſiue per morte. Mi-
hi enim viuere Chriſtus eſt: & mori lucrum. Quod ſi vi
uere in carne, hic mihi fructus operis eſt, & qd eligam,
ignoro. Coartor autem è duobus: deſiderium hñs diſ-
ſolui & eſſe cum Chriſto multo magis melius permane
re autem in carne, neceſſarium ꝓpter vos. Et hoc con-
D fidens, ſcio quia manebo & permanebo omnibus vobis
ad profectum veſtrum & gaudium fidei: vt gratulatio
veſtra abundet in Chriſto Ieſu in me, per meum aduen
tum iterum ad vos. Tantum digne euãgelio Chriſti cõ
uerſamini, vt ſiue cũ venero & videro vos, ſiue abſens:
audiã de vobis quia ſtatis in vno ſpiritu, vnanimes col-
B laborantes fidei euangelii, & in nullo terreamini ab ad
uerſariis, quæ illis eſt cauſa perditionis: vobis autem ſa-
lutis, & hoc à deo quia vobis donatum eſt pro Chri-
ſto, non ſolum vt in eum credatis, ſed vt etiam pro illo
patiamini, idem certamen habentes quale & vidiſtis in
me, & nunc audiſtis de me. CAP. II.

SI qua ergo cõſolatio ĩ Chriſto, ſi quod ſolatiũ cha
ritatis, ſi qua ſocietas ſpiritus, ſi qua viſcera miſe-
A rationis: implete gaudium meum, vt idem ſapiatis, ean
dem charitatem habentes, vnanimes, idipſum ſentien-
tes: nihil per contẽtionem, neq; per inanem gloriã, ſed
C in humilitate, ſuperiores ſibi ĩnuicem arbitrantes, non
quæ ſunt ſinguli conſiderantes: ſed ea quæ aliorũ. Hoc 1. Cor. 1.
enim ſentite in vobis, quod in Chriſto Ieſu, qui cum in b
forma dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqua

lem deo. Sed semetipsum exinaniuit formam serui ac-
Heb.2.b cipiens, in similitudinem hominũ factus, & habitu in-
Ro.14.b uentus vt homo. Humiliauit semetipsum, factus obedi B
Esa.45. ens vsq; ad mortem, mortẽ autem crucis. Propter quod
d & deus exaltauit illum: & donauit illi nomen quod est
super oẽ nomen, vt ĩ noĩe Iesu oẽ genu flectatur, cœlesti
um, terrestrium, & infernorũ, & omnis lingua confitea-
tur, quia dominus Iesus Christus in gloriam est dei pa-
tris. Itaq; charissimi mei, sicut semper obedistis: non vt
in præsentia mea tantum, sed multo magis nunc in ab
sentia mea, cum metu & tremore uestram salutem ope
1. Pe.4.c ramini. Deus est enim qui operatur in uobis & uelle &
perficere, pro bona uoluntate. Omnia autem facite sine
murmurationibus, & hæsitationibus: ut sitis sine quære
la, & simplices filii dei sine reprehensione in medio na-
tionis prauæ & peruersæ, inter quos lucetis sicut lumi-
naria in mundo: uerbum uitæ continentes ad gloriam C
meam in diem Christi, quia nõ in uacuum cucurri: neq;
in uacuum laboraui. Sed etsi immolor supra sacrificium
& obsequium fidei uestræ: gaudeo, & cõgratulor omni-
bus uobis. Idipsum autem & uos gaudete, & congratu
lamini mihi. Spero autem in domino Iesu. Timotheũ
Ac.16.a me cito mittere ad uos, vt & ego bono animo sim, co-
gnitis quæ circa uos sunt. Neminem enim habeo tam
unanimem, qui syncera affectiõe pro uobis solicitus sit.
Omnes enim quæ sua sunt, quærunt, non quæ sunt Ie-
su Christi. Experimentũ autem eius cognoscitis, qa sicut
patri filius mecũ seruiuit in euangelio. Hunc igitur spe-
ro me mittere ad uos: mox ut uidero, quæ circa me sũt.
Cõfido autem in domino, quoniam & ipse ueniam ad
uos cito. Necessarium autem existimaui Epaphroditũ D
fratrem & cooperatorem & cõmilitonem meum, uestrũ
autem apostolum, & ministrum necessitatis meæ, mit-
tere ad uos, quoniam quidem omnes uos desiderabat,

& mœstus erat propter ea ꝙ audieratis illum infirma-
tum. Nam & infirmatus est vsq ad mortẽ: sed deus mi-
B sertus est eius, non solum autem eius: verum etiam &
mei: ne tristitiam super tristitiam haberem. Festinatius
ergo misi illum: vt viso eo: iterum gaudeatis, & ego sine
tristitia sim. Excipite itaq illum cum omni gaudio in
domino: & eiusmodi cum honore habetote: quoniam
propter opus Christi, vsq ad mortem accessit: tradens
animam suam, vt impleret id quod ex vobis deerat er-
ga meum obsequium. CAP. III.

DE cætero fratres mei gaudete in domino. Eadem
A vobis scribere, mihi quidem non pigrum: vobis
autem necessarium, videte canes, videte malos operari-
os: videte concisionem. Nos enim sumus circũcisio, qui
spiritu seruimus deo, & gloriamur in Christo iesu & nõ
in carne fidutiam habentes quãq & ego habeam confi-
C dentiam in carne, Si quis alius videtur confidere in car-
ne: ego magis circuncisus octauo die ex genere Israel
de tribu Beniamin. Hebræus ex Hebræis secundum le
B, gem Pharisæus: secundum æmulationem persequens ec Ac.23.b
clesiam dei, scđm iustitiam quæ in lege est conuersatus
sine quærela. Sed quæ mihi fuerũt lucra: hæc arbitratus
sum propter Christum detrimenta. Verũtamen existi-
mo omnia detrimentum esse propter eminentem sciẽ-
tiam Iesu Christi dñi mei: propter quem oĩa detrimẽtũ
feci & arbitror vt stercora vt Christum lucrifaciã. vt et in
ueniar in illo non habens meam iustitiam quæ ex lege
C est, sed illam quæ ex fide est Christi, quæ ex deo est iusti
tia in fide ad cognoscẽdum illum: & virtutẽ resurrectio
nis eius, & societatem passionũ illius cõfiguratus morti
D eius si quo modo occurrã ad resurrectionẽ q̃ est ex mor
tuis. Non quod iam acceperim, aut iam pfectus sim, se-
quor aũt, si quo modo cõprehendã in quo cõprehensus
sum a Christo Iesu. Fratres, ego me non arbitror com-

prehendisse. Vnum autem: quæ quidem retro sunt obli
uiscens, ad ea vero quæ sunt priora extēdens meipsum
ad destinatum persequor: ad brauium supernæ vocatio-
nis dei in Christo Iesu. Quicunq; ergo perfecti sumus, D
hoc sentiamus: & si quid aliter sapitis, & hoc vobis de-
us reuelabit. Verūtamen ad quod peruenimus, vt idem
sapiamus, in eadem permaneamus regula. Imitatores
mei estote fratres: & obseruate eos qui ita ambulant, si-
cut habetis formā nos. Multi enī ambulant quos sæpe
dicebā vobis (nunc aūt & flēs dico) inimicos crucis Chri:
quorū finis interitus, quorū deus: venter est & gloria in
cōfusione ipsorum, qui terrena sapiūt. Nostra aūt cōuer
satio in cœlis est, vnde etiam saluatorē expectamus do
minum nostrum Iesum Christū, qui reformabit corpus
humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ
secundum operationem virtutis suæ qua etiam possit
subiicere sibi omnia.

CAP. IIII.

ITaq; fratres mei charissimi, & desideratissimi gaudi A
um meum & corona mea: sic state in domino charis
simi. Euodiam rogo & Syntichen deprecor, idipsum sa
pere in domino. Etiam rogo & te germane compar: ad
iuua illas quæ mecum laborauerunt in euangelio cum
Clemēte & cæteris adiutoribus meis, quorum nomina
sunt in libro vitæ. Gaudete in domino semper: iterum
dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus homi-
nibus. Dominus prope est. Nihil solliciti sitis: sed in
omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione
petitiones vestræ innotescant apud deum. Et pax dei
quæ exuperat oēm sensum, custodiat corda vestra & in
telligentias vestras in Christo Iesu. De cætero fratres, B
quæcunq; sunt vera, quæcunq; pudica, quæcunq; iusta,
quæcunq; sancta, quæcunq; amabilia, q̄cunq; bonæ fa-
mæ, si q̄ virtus, si qua laus disciplinæ, hęc cogitate. Quæ
& didicistis, & accepistis: & audistis, & vidistis i me, hæc

agite, & deus pacis erit vobiscum. Gauisus sum autem in domino vehementer, quoniam tandem aliquãdo re floruistis pro me sentire, sicut & sentiebatis. occupati au
D tem eratis. Nõ quasi propter penuriam dico, ego enim didici, in quibus sum sufficiens esse. Scio & humiliari: scio & abundare, vbiq; in omnibus institutus sum, & saciari, & esurire, & abundare, & penuriã pati. Omnia possum in eo qui me confortat. Veruntamen bene fecistis communicãtes tribulationi meæ. Scitis autẽ & vos Philippenses, quod in principio euangelii, quãdo profectus sum a Macedonia, nulla mihi ecclesia communicauit in ratione dati & accepti, nisi vos soli. quia & Thessaloni
D cam, semel & bis in vsum misistis. Non quòd quæro datum: sed requiro fructũ abundantẽ in rationẽ vestram. Habeo aũt oĩa: & abũdo. repletus sum acceptis ab Epaphrodito quæ misistis in odorẽ suauitatis, hostiam acceptam, placentem deo. Deus autẽ meus impleat omne desiderium vestrum secundum diuitias suas in gloria, in Christo Iesu, Deo autem & patri nostro gloria in secula seculorum Amen. Salutate omnẽ sanctum in Christo Iesu. Salutant vos qui mecũ sunt fratres. Salutãt vos oẽs sancti maxime aũt q̃ d̃ Cæsaris domo sunt. Gr̃a domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro. Amen.

ARGVMENTVM IN EPIstolam Pauli ad Colossenses.

COlossenses, & hi sicut Loadicenses, sunt Asiani. Et ipsi præuenti erant a Pseudapostolis. Nec ad hos accessit ipse Apostolus: sed & hos per Epistolã corrigit. audierant enim verbum ab Archippo: qui & ministeriũ in eos accepit. Ergo apostolus iã ligatus, scribit eis ab Epheso p̱ Tichicũ diaconũ, & Onesymũ acolytũ



Aulus apostolus Iesu Christi per A
voluntatem dei, & Timotheus
frater:iis qui suntColossis sanctis
& fidelibus fratribus in Christo
Iesu, gratia vobis & pax a dõ pa
tre nostro. Gratias agimus Deo
& patri domini nostri Iesu Chri
sti:semper pro vobis orantes:au-
dientes fidẽ vestram in Christo Iesu: & dilectionẽ quã
habetis in sanctos oẽs propter spẽ quæ reposita est vo-
bis in cœlis, quã audistis in verbo veritatis euãgelii, qđ
puenit ad vos, sicut & in vniuerso mũdo est, & fructifi
cat, & crescit, sicut & in vobis ex ea die qua audistis &
cognouistis gratiã dei in veritate, sicut didicistis ab Epa
phra charissimo conseruo nostro. q est fidelis pro vobis B
minister Christi Iesu, q etiam manifestauit nobis dile-
ctionẽ vestrã in spũ. Ideo & nos ex qua die audiuimus,
nõ cessamus p vobis orãtes & postulãtes vt impleami-
ni agnitione volũtatis eius in omni sapiẽtia & intelle-
ctu spirituali, vt ambuletis digne deo, p oĩa placentes,
in omni ope bono fructificãtes, & crescẽtes in scientia,
dei, in omni virtute confortati scđm potentiã claritatis
eius: in omni patiẽtia & lõganimitate: cũ gaudio gra a-
gentes deo patri. q dignos nos fecit in partẽ sortis san-
ctorum in lumine, q eripuit nos de potestate tenebra-
rum & transtulit in regnum filii dilectionis suæ, in quo C
habemus redemptionem, & remissionem peccatorum,
qui est imago dei inuisibilis, primogenitus omnis crea-
turæ, qm̃ in ipso cõdita sunt vniuersa I cœlis & in terra,
1.Cor.15 visibilia, & in visibilia siue throni, siue dñationes, siue
Apoc. principatus. siue potestates, oĩa p ipsum & in ipso creata

B ſunt, & ipſe ē ante omnes: & omnia in ipſo cōſtant & ip
ſe caput corporis eccleſiæ, q eſt principiū, primogenitus
ex mortuis: vt ſit in oībus ipſe primatū tenens. quia in
ipſo cōplacuit oēm plenitudinem inhabitare: & p eum
reconciliare oīa in idipſum, pacificans p ſanguinem cru
cis eius ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cœlis ſunt. Et vos
cum eſſetis aliquādo alienati & inimici ſenſu, in operi-
C bus malis: nunc autem reconciliauit in corpore carnis
ſuæ per mortem, vt exhiberet vos ſanctos & immacu-
latos & irreprehenſibiles coram ipſo: ſi tamen permane
tis in fide fundatis & ſtabiles, & immobiles a ſpe Euan
gelii quod audiſtis, quod prædicatū eſt in vniuerſa crea
tura quæ ſub cœlo eſt, cuius factus ſum ego Paulus mi-
niſter: qui nunc gaudeo in paſſionibus pro vobis. & ad
D impleo ea quæ de ſunt paſſionū Chriſti, in carne mea
pro corpore eius quod eſt eccleſia. Cuius factus ſum ego
miniſter ſecundum diſpenſatiōnē dei quæ data eſt mi-
hi in vobis, vt impleā verbum dei, myſterium quod ab
ſconditum fuit a ſeculis & generationibus, nūc autem
manifeſtum eſt ſanctis eius, quibus voluit deus notas
facere diuitias gloriæ, ſacramenti huius in gentibus qđ
eſt Chriſtus, in vobis ſpes gloriæ quem nos annuntia-
mus, corripientes omnem hominem in omni ſapiētia,
vt exhibeamus oēm hoīem pfectū in Xp̄o Ieſu, in quo
& laboro, certando ſecundum operationem eius quam
operatur in me in virtute.

CAPVT. II.

A VOlo enim vos ſcire, qualem ſolicitudinem habeā
pro vobis & pro iis qui ſunt Laodiciæ, & quicūq;
nō viderūnt faciem meam in carne: vt cōſolētur corda
ipſoꝝ, inſtructi in charitate, & in oēs diuitias plenitudi
nis intellectus in agnitionē myſterii dei & pr̄is & Xp̄i
Ieſu, in quo ſunt omnes theſauri ſapiētiæ & ſcientiæ 1. Cor. 1.
abſconditi. Hoc autem dico: vt nemo vos decipiat in

sublimitate sermonum. Nã etsi corpore absens sum: sed spiritu vobiscũ sum gaudens & vidẽs ordinẽ vestrũ, & firmamentũ eius q̃ in Christo est, fidei vestræ. Sicut ergo accepistis Iesum Christũ dñm: in ipso ambulate, radicati & supædificati in ipso, & cõfirmati in fide sicut & didicistis, abundãtes in illo in gratiarũ actione. Videte ne quis vos decipiat p philosophiã & inanẽ fallaciã: scd̃m traditionẽ, hoĩum scd̃m elementa mundi, & non scd̃m Christum: quia in ipso inhabitat oĩs plenitudo diuinitatis corporaliter: & estis in illo repleti, q est caput omnis principatus & potestatis, in quo & circuncisi estis circuncisione nõ manufacta in expoliatione corporis carnis, C
sed in circuncisione Christi, consepulti ei in baptismo,
Ephe. 2.a. in quo & resurrexistis p fidem opationis dei: q suscitauit illũ a mortuis. Et vos cũ mortui essetis in delictis & pputio carnis vestræ, cõuiuificauit cũ illo: donans vobis omnia delicta, delens quod aduersus nos erat, chirographum decreti, qđ erat contrariũ nobis. & ipsum tulit đ medio, affigens illud cruci: & expolians principatus & potestates traduxit confidenter palam, triumphãs illos D
in semetipsos. Nemo ergo vos iudicet ĩ cibo aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorũ, quę sunt vmbra futurorũ, corpus aũt Christi, Nemo vos
Mat. 24.a. seducat volens, in humilitate & regione angelorũ q̃ nõ vidit ambulãs, frustra inflatus sensu carnis suæ, & nõ tenens caput ex quo totũ corpus p nexus & coniũctiones subministratũ & cõstructum crescit in augmentũ dei. Si mortui estis cum Christo ab elemẽtis huius mũdi: quid adhuc tanq̃ viuentes in mũdo decernitis? Ne tetigeris, neq; gustaueris, neq; cõtractaueris, q̃ sunt omnia in interitu ipso vsu, secundum præcepta & doctrinas hominum, quæ sunt rationem quidẽ habentia sapientiæ in superstitione & humilitate, & non ad parcendum corpori, nõ in honore aliquo ad saturitatem carnis.

CAPVT. III.

A IGitur si cõsurrexistis cum Christo: quæ sursum sunt
quærite, vbi Christus est in dextera dei sedens. quę
sursum sunt sapite: nõ quæ super terram. Mortui enim
estis: & vita vestra est abscondita cum Christo in deo. Ephe.
Cum autem Christus apparuerit, vita vestra: tunc & vos 5.a.
apparebitis cum ipso in gloria. Mortificate ergo mem-
bra vestra quæ sunt super terram: fornicationem, immũ
ditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiá
quæ est simulacrorũ seruitus, propter quæ, venit ira dei
super filios incredulitatis in quibus ambulastis aliquan-
do, cum viueritis in illis. Nunc autem deponite & vos
B omnia: iram, indignationem, malitiam, blasphemiam,
turpem sermonem de ore vestro. Nolite mentiri inui-
cem: expoliátes vos veterem hominẽ cum actibus suis, Rom.
& induentes nouum eum qui renouatur in agnitionem 6.a.
secundum imaginem eius qui creauit illum, vbi non est Ephe.
gentilis & Iudæus, circuncisio & præputium, barbarus 4.e.
& Scytha, seruus & liber: sed omnia & in oĩbus Chri- Hebr.
stus. Induite vos ergo sicut electi dei, sancti & dilecti vi 12.a.1.
scera misericordię, benignitatem, humilitatem, mode- pet.2.a.
stiam, patientiam, supportantes inuicem: & donátes vo &.4.a.
bismetipsis si quis aduersus aliquem habet querelam, si Ephe.
cut & dominus donauit vobis: ita & vos. Super omnia 6.b.
C autem hæc, charitatem habete, quod est vinculum per- Ephe.
fectionis, & pax Christi exultet in cordibus vestris, in 4.g.
quam & vocati estis in vno corpore: & grati estote. ver-
bum Christi habitet in vobis abundanter: in omni sa-
pientia docentes & cõmonentes vosmetipsos, psalmis,
hymnis & canticis spiritualibus, in gratia cantantes in I.cor.
cordibus vestris deo. Omne quodcunq; facitis in verbo 10.8.
aut in opere: omnia ĩ nomine domini nostri Iesu Chri- Ephe.
D sti, gratias agentes deo & patri per ipsum. Mulieres, sub 5.c.1.
ditæ estote viris, sicut oportet in domino. Viri, diligite pet.3.a

Ephe. vxores:& nolite amari esse ad illas. Filii obedite paren D
6.a tibus per omnia, hoc enim placitum est in domino. Pa-
Ephe. tres. nolite ad indignationem prouocare filios vestros:
6. a. vt non pusillo animo fiat. Serui, obedite per omnia do
Titi, 2.c. minis carnalibus. non ad oculum seruientes quasi homi
1.pet.2.c. nibus placentes, sed in simplicitate cordis, timentes de
um Quodcunq; facitis, ex animo operamini sicut domi
Sapien. no & non hominibus: scientes, quod à domino acci- C
6.b. pietis retributionem hæreditatis. Domino Iesu Christo
Roma. seruite, qui enim iniuriam facit: recipiet id quod inique
2.b. gessit, & non est personarum acceptio apud deum.

CAPVT. IIII.

A

DOmini, quod iustum est & æquum, seruis præsta-
Ephe. te: scientes quod & vos dominum habetis in Cœ
6.b.2. lo. Orationi instate: vigilantes in ea in gratiarum actiō
thes.3.a. ne, orantes simul & pro nobis, vt deus aperiat nobis o-
Ephe. stium sermonis ad loquendum mysterium Christi (pro-
6.d. pter quod etiam vinctus sum) vt manifestē illud ita vt
oportet me loqui. in sapientia ambulate ad eos qui fo-
ris sunt: tempus redimētes. Sermo vester semper in gra B
tia sale sit cōditus: vt sciatis quomodo oporteat vos vni
cuiq; respondere. Quæ circa me sunt omnia vobis nota
faciet Tychicus charissimus frater, & fidelis minister, &
conseruus in domino, quem misi ad vos ad hoc ipsum,
vt cognoscat quæ circa vos sunt, & consoletur corda ve
stra cum Onesimo charissimo & fideli fratre qui ex vo-
bis est, qui omnia quæ hic aguntur, nota facient vobis.
Salutat vos Aristarchus concaptiuus meus, & Marcus C
consobrinus Barnabæ (de quo accepistis mandata, Si
venerit ad vos, suscipite illum) & Iesus qui dicitur Iu-
stus: qui sunt ex circūcisione. hi soli sunt adiutores mei
in regno Dei: qui mihi fuerunt solatio. Salutat vos Epa
phras qui ex vobis est, seruus Christi Iesu, semper solici
tus pro vobis in orationibus, vt stetis perfecti & pleni

in omni voluntate Dei. Testimonium enim illi perhibeo, quod habet multum laborem pro vobis, & pro iis qui sunt Laodiciæ, & qui Hierapoli. Salutat vos Lucas medicus charissimus, & Demas. Salutate fratres q sunt Laodiciæ: & Nymphan. & quæ in domo eius est ecclesiam. Et cum lecta fuerit apud vos epistola hæc: facite vt & in Laodicensium ecclesia legatur: & ea quæ Laodicensium est, vt vobis legatur. Et dicite Archippo, Vide ministerium quod accepisti in domino, vt illud impleat. Salutatio: mea manu Pauli. Memores estote vinculorum meorum. Gratia domini nostri Iesu Christi vobiscum. Amen. 2. timo. 4. c.

ARGVMENTVM IN PRImam epistolam Pauli ad Thessalonicenses.

THessalonicenses, sunt Macedones. Hi in Christo Iesu accepto verbo veritatis, persliterunt in fide: etiam in persecutione ciuium suorum. Præterea nec receperunt falsos apostolos, nec ea quæ a falsis apostolis dicebantur. Hos collaudat apostolus, scribens eis ab Athenis per Tychicum diaconum, & Onesinum acolythum.

EPISTOLA PAVLI AD THESſalonicenſes prima. CAPVT. I.



Aulus & Syluanus & Timo A
theus eccleſiæ Theſſaloni-
cenſium in deo patre noſtro
& domino Ieſu Chriſto, gra
tia vobis & pax. Gratias agi
mus deo ſemper pro omni-
bus vobis: memoriam veſtri
facientes in orationibus no-
ſtris ſine intermiſſione, me-
mores operis fidei veſtræ & laboris, & charitatis, & ſu- B
ſtinentiæ ſpei domini noſtri Ieſu Chriſti ante deum &
patrem noſtrum. Scientes fratres dilecti, a deo electionẽ
veſtram: quia euangelium noſtrũ non fuit ad vos in ſer-
mone tantum, ſed & in virtute, & in ſpiritu ſancto & in
plenitudine multa, ſicut ſcitis quales fuerimus in vobis
propter vos. Et vos imitatores noſtri facti eſtis, & do- C
mini: excipientes verbum in tribulatione, multa cũ gau
dio ſpiritus ſancti, ita vt facti ſitis forma omnibus cre-
dentibus in Macedonia & in Achaia. A vobis enim diſ
famatus eſt ſermo domini: non ſolũ in Macedõia & in
Achaia, ſed & in omni loco fides veſtra quæ eſt ad deũ,
profecta eſt, ita vt non ſit nobis neceſſe quicquã loqui.
Ipſi enim de nobis annunciant, qualem introitum ha-
buerimus ad vos: & quomodo conuerſi eſtis ad deum D
a ſimulachris ſeruire deo viuo & vero, & expectare fi-
lium eius de cœlis (quem ſuſcitauit ex mortuis) Ieſum,
qui eripuit nos ab ira ventura. CAP. II.

NAm & ipſi ſcitis fratres introitum noſtrũ ad vos
quia non inanis fuit: ſed ante paſſi multa, & con
tumelijs affecti (ſicut ſcitis) in Philippis, fiduciam habui
mus in in deo noſtro loqui ad vos euangelium dei in
multa

multa solicitudine. Exhortatio enim nostra non de errore, neq; de imunditia, neq; in dolo: sed sicut pbati sumus a deo vt crederetur nobis euangeliũ: ita loqmur, non quasi hoibus placentes: sed deo q pbat corda nra. Neq; eñ aliqñ fuimus in sermone adulationis: sicut scitis: neq; in occasione auaritiæ: deus testis est: nec qrẽtes ab hoibus gloriã: neq; a vobis, neq; ab aliis. Cum possemus vobis oneri esse: vt Christi apl'i: sed facti sumus paruuli in medio vestri: tanq̃ si nutrix foueat filios suos. Ita desiderantes vos cupide, volebamus tradere vobis non solũ euangeliũ dei: sed ẽt aĩas nr̃as: qm̃ charissimi nobis facti estis. Memores eñ estis fratres laboris nr̃i & fatigationis: nocte & die opantes: ne quẽ vr̃m grauaremus: pdicauimus in vobis euãgeliũ dei. Vos testes estis & deus: quam sanctæ & iustæ & sine qrela vobis q credidistis: affuimus: sicut scitis qualiter vnumquẽq; vestrũ (sicut pater filios suos) depcantes vos & cõsolantes: testificati sumus vt ambularetis digne deo, qui vocauit vos in suũ regnũ & gloriã. Ideo & nos grãs agimus deo sine intermissione: qm̃ cũ accepissetis a nobis verbum auditus dei: accepistis illud nõ vt verbũ hoĩum: sed (sicut ẽ vere) verbũ dei: qui opatur in vobis credidistis, vos.n. imitatores facti estis fratres: ecclesiarũ dei q̃ sunt in Iudæa: in Christo Iesu: qa eadem passi estis & vos a cõtribulibus vr̃is: sicut & ipsi a Iudæis, qui & dñm occiderunt Iesum, & pphetas, & nos psecuti sunt & deo non placent, & oĩbus hoĩbus aduersantur, phibentes nos gẽtibus loqui vt salui fiant, vt ĩpleant pctã sua semp, puenit enim ira dei sup illos vsq; in finem. Nos aũt fratres desolati a vobis ad tps horæ, aspectu, non corde: abundantius festinauimus faciẽ vr̃am videre cũ multo desiderio, qm̃ voluimus venire ad vos, ego qdem Paulus, & semel & iterũ, sed impediuit nos sathanas. Quæ est enim nr̃a spes, aut gaudiũ, aut corona gloriæ? Nõne vos ante

B C D

Ac.20.g
1.cor.4.c
2.Thes.3.b

dominum nostrũ Iesum Christum estis in adueutu eius
vos enim estis gloria nr̃a & gaudiũ. CAP.III A

PRopter quod non sustinentes amplius, placuit no
Ac.16.a bis remanere Athenis, solis, & misimus Timothe-
um fratrem nr̃m & ministrum dei in euangelio Chr̃i ad
confirmandos vos & exhortãdos p fide vr̃a: vt nemo
moueatur in tribulationibus istis. Ipsi.n.scitis qđ in hoc
positi sumus. Nam & cum apud vos essemus, p̄diceba-
mus vobis passuros nos tribulationes, sicut & factum est B
& scitis. Propterea & ego amplius non sustinẽs, misi ad
cognoscendã fidem vr̃am, ne forte tentauerit vos is qui
tentat, & inanis fiat labor noster. Nunc aũt veniẽte Ti-
motheo ad nos à vobis, & annunciate vobis fidem &
charitatem vr̃am, & qa memoriam nr̃i habetis bonam
semper desiderantes nos videre, sicut & nos quoq; vos,
ideo consolati sumus fratres in vobis in oĩ necessitate C
& tribulatione nr̃a per fidẽ vr̃am, qm̃ nunc viuimus, si
vos statis in dño. Quã enim gratiaꝝ actionẽ possũmus
deo retribuere pro uobis in oĩ gaudio quo gaudemus p
pter vos ante deum nr̃m, nocte ac die abundantius orã
tes vt videamus faciem vr̃am, & cõpleamus ea quæ de-
sũt fidei vr̃e? Ipse aũt deus & pr̃ nr̃ & dñs Iesus Chr̃s di
rigat viã nr̃am ad vos. Vos aũt dñs multiplicet, & abũ- D
dare faciat charitatem vr̃am in inuicem & in oẽs, quem
admodum & nos in vobis ad confirmanda corda vr̃a si
ne q̃rela, in sanctitate ante deum & pr̃em nr̃m, in aduẽ
tu domini nostri Iesu Christi cum omnibus sanctis eius
Amen. CAP. IIII.

DE cętero ergo fratres, rogamus vos & obsecramus
in domino Iesu, vt quemadmodũ accepistis à no A
Ro.12.a bis q̃uo oporteat vos ambulare & placere deo, sic & am
Eph.5.d buletis, vt abundetis magis. Scitis enim quæ p̄cepta de-
derim vobis per dñm Iesum. Hæc est enim volũtas dei,
sanctificatio vestra: vt abstineatis vos a fornicatione, vt

sciat vnusquisq; vestrum vas suum possidere in sanctification & honore, non in passione desiderii, sicut gentes quæ ignorant deum, & ne quis supergrediatur, neq;
B circũueniat in negotio fratrem suum: quoniam vindex est dominus de his omnibus, sicut prædiximus vobis, & testificati sumus, non enim vocauit nos deus in imundiciam: sed in sanctificationẽ. Itaq; qui hæc spernit, non hominem spernit, sed deum, qui etiam dedit spiritum suum sanctum in nobis. De charitate autem fraternitatis, non necesse habemus scribere vobis, ipsi enim vos a deo didicistis, vt diligatis inuicẽ. Etenim illud facitis
C in oẽs fres in vniuersa Macedonia. Rogamus autẽ vos fratres: vt abundetis magis & operam detis vt quieti sitis, & vt vestrum negotium agatis, & operemini manibus vestris, sicut præcepimus vobis, & vt honeste ambuletis ad eos qui foris sunt: & nullius aliquid desideretis. Ioã.13.c &.15.b 1.Io.2.b &.4.d
Nolumus autem vos ignorare fratres de dormiẽtibus vt non contristemini, sicut & cæteri qui spem non habent. Si enim credimus q; Iesus mortuus est & resurre-
D xit, ita & deus eos qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini: quia nos qui viuimus, qui residui sumus in aduentum domini non præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse dominus in iussu & in voce archangeli & in tuba dei descendet de cœlo: & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam domino in aera, & sic semper cum domino erimus. Itaq; consolamini inuicẽ in verbis istis. 1.Cor. 15.d

CAP. V.

A DE temporibus autem & momentis fratres, non indigetis vt scribamus vobis. Ipsi enim diligenter scitis quia dies domini, sicut fur in nocte, ita veniet. Cũ enim dixerint, pax & securitas, tunc repẽtinus eis superueniet interitus: sicut dolor i vtero habẽtis, & nõ effugiẽt. 2.Pe.3.c Apo.3.a.&.16.c

Vos aũt fres, nõ estis in tenebris, vt vos dies illa tãq̃ fur cõprehẽdat. Oẽs.n. vos filii lucis estis, & filii dei, non sumus noctis, neq; tenebrarũ. Igitur nõ dormiamus, sicut
Esa.59.c & cæteri, sed vigilemus & sobrii simus. Qui.n. dormiũt B
Ephe. & q ebrii sunt, nocte ebrii sunt. Nos aũt q diei sumus.
6.c sobrii simus, induti loricã fidei & charitatis, & galeam, spẽ salutis: qm̃ nõ posuit nos deus in irã, sed in acqsitio nem salutis p dñm nr̃m Iesum Chr̃m, q mortuus est p nobis, vt siue vigilemus: siue dormiamus, simul cũ illo viuamus. Propter qđ cõsolamini inuicẽ, & ædificate alterutrũ, sicut & facitis. Rogamus aũt vos fratres, vt nouerítis eos q laborãt inter vos, & p̃sunt vobis in dño, & C
mouent vos, vt habeatis illos abũdantius in charitate p pter opus illorũ, pacẽ hẽte cũ eis. Rogamus aũt fratres: corripite inqetos, cõsolamini pusillanimes, suscipite isir
Pro.17.c mos, pacientes estote ad oẽs. Videte ne qs malũ p ma-
Roma. lo alicui reddat, sed semp qđ bonũ est sectamini in inui
12.d cem & in oẽs. Semp gaudete. Sine intermissione orate,
1.Pe.3,b in oĩbus gr̃as agite: hæc est.n. voluntas dei in Chr̃o Ie- D
Eccle. su in oĩbus vobis. Sp̃m nolite extinguere, p̃phetias no-
18.a lite spernere. Oĩa aũt pbate: qđ bonum est, tenete. Ab
Lu.18.a oĩ specie mala abstinete vos. Ipse aũt deus pacis sanctifi cet vos per oĩa: vt integer sp̃us vester, & aĩa & corpus, si ue q̃rela, in aduentu dñi nr̃i Iesu Christi cõseruetur. Fi-
1.cor.1.b delis est qui vocauit vos: qui ẽt faciet. Fratres, orate pro nobis. Salutate fratres oẽs in osculo sancto. Adiuro vos per dñm, vt legatur ep̃la hæc oĩbus sanctis fratribus. Gratia domini nostri Iesu Christi vobiscum. Amen.

ARGVMENTVM IN EPISTOlam Pauli secundam ad Thessalonicenses.

AD Thessalonicẽses secundam scribit ep̃lam apl̃s, & notum facit eis de tẽporibus nouissimis, & de A
aduersarii deiectione. Scribit hãc epistolam ab Athenis per Titum diaconum, & Onesimum acolytum.

EPISTOLA PAVLI AD THESsalonicenses secunda. CAP. I.

A



AVLVS Et Syluanns & Timotheus ecclesiæ Thessalonicensium in deo patre nostro & domino Iesu Christo, gratia vobis & pax a' deo patre nr̃o & domino Iesu Chr̃o. Gratias agere debemus semp deo pro vobis fratres, ita vt di

B gnum est, quoniam supercrescit fides vestra, & abũdat charitas vniuscuiusq; vestrum in inuicem: ita vt & nosipsi in vobis gloriemur in ecclesiis dei, pro patientia vestra, & fide in omnibus persecutionibus vestris & tribulationibus, quas sustinetis in exẽplum iusti iudicii dei vt digni habeamini in regno dei, pro quo & patimini, si ta-

C men iustum est apud deum retribuere tribulationem, iis qui vos tribulant, & vobis qui tribulamini requiem nobiscum in reuelatione dñi Iesu de cœlo cũ angelis virtutis eius in flãma ignis datis vindictam iis qui non nouerunt deũ, & q non obediunt euãgelio dñi nr̃i Iesu Chr̃i qui pœnas dabunt in interitu æternas a' facie dñi & a' gloria virtutis eius: cum venerit glorificari in sanctis su-

D is, & admirabilis fieri in oĩbus quia crediderũt est testimonium nr̃m super vos in die illo, in quo etiã oramus semper ꝓ vobis, vt dignetur vos vocatione sua deus noster & impleat oẽm voluntatẽ bonitatis suæ, & opus fidei in virtute, vt clarificetur nomen dñi nr̃i Iesu Christi in vobis, & vos in illo, secundum gratiam dei nostri, & domini Iesu Christi.

CAP. II.

A ROgamus aũt vos fratres per aduentũ dñi nr̃i Iesu Christi, & nostræ cõgregatiõis in ipm̃, vt nõ cito

moueamini a vestro sensu, neq; terreamini, neq; p spm̃
neq; per sermonẽ, neq; per epistolam tanq̃ per nos mis-
Eph,5.a sam, quasi instet dies dñi. Ne quis vos seducat vllo mõ, B
qm̃ nisi venerit discessio primum, & reuelatus fuerit ho
mo peccati, filius perditionis, qui aduersatur & extolli-
tur supra oẽ quod dicitur deus, aut quod colitur, ita vt
in templo dei sedeat ostendens se tanq̃ sit deus. Num
retinetis q̃ cum adhuc essem apud vos, hæc dicebã vo-
bis? Et nunc quid detineat scitis, vt reueletur in suo tẽ-
Esa.11.a pore. Nam mysteriũ iam opatur iniqtatis: tm̃ vt qui te-
net nunc teneat, donec de medio fiat. Et tunc reuelabi-
tur ille iniquus: quem dominus Iesus interficiet spũ oris C
sui: & destruet illustratione aduentus sui, eum, cuius est
aduentus secundũ operationem sathanæ, in oĩ virtute,
& signis, & pdigiis mendacibus, & in oĩ seductione ini
quitatis iis qui pereunt: eo qđ charitatem veritatis non
receperunt, vt salui fierent. Ideo mittent illis deus ope-
rationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicẽtur oẽs
qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquita
ti. Nos aũt debemus gratias agere deo semp p vobis fra D
tres dilecti a deo, q̃ elegerit vos deus primitias in salu-
tem, in sanctificatiõe spũs, & in fide veritatis. Ad quod
& vocauit vos per euangelium nr̃m per acquisitionem
gloriæ domini Iesu Christi. Itaq; fratres state: & tenete
traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per
epistolam nostram. Ipse autem dñs Iesus Christus, & de
us & pater noster qui dilexit nos, & dedit consolationẽ
æternam, & spem bonã in gratia: exhortetur corda ve-
stra, & confirmet in omni opere & sermone bono.

CAPVT. III.

Eph.6.c DE cætero fratres, orate pro nobis, vt sermo dei cur A
Col.4.a rat & clarificetur, sicut & apud vos, ut liberemur
ab importunis & malis hoibus, nõ enim oĩum est fides.
Fidelis aũt dominus est, qui confirmabit vos & custodi-

et a` malo.Confidimus autem de uobis fratres in domi
B, no ꝙ quæcunqꝫ ꝑcipimus, & facitis & facietis.Dominus
autem dirigat corda uestra in charitate dei & patientia
B Christi.Denuntiamus autem uobis fratres in nōie do-
mini nostri Iesu Christi, ut subtrahatis uos ab omni fra
tre ambulante inordinate, & non secundum traditionē
quam acceperunt a` nobis. Ipsi enim scitis quemadmo-
dum oporteat imitari, nos, quoniam nō inquieti fuimus
inter uos, neqꝫ gratis panem manducauimus ab aliquo, Ac.20.g
sed in labore & in fatigatione nocte & die operātes, ne 2.Cor.
C quem uestrum grauaremus. Non quasi nō habuerimus 4.c
C potestatem, sed ut nosmetipsos formam daremus uobis 1.Thes.
ad imitādum nos.Nam & cum essemus apud uos, hoc 2.b
denuntiabamus uobis.Quoniam si quis non uult opera
ri, nec manducet. Audiuimus enim inter uos quosdam
ambulantes inquiete, nihil operantes sed curiose agen-
tes. Iis autem qui eiusmodi sunt denunciamus & obse-
cramus in domino Iesu, ut cum silentio operātes suum, Gal.6.
panem manducent. Vos aūt fratres, nolite deficere bene
D D facientes.Quod si quis non obedit uerbo nostro ꝑ epi-
stolam hunc notate.& ne cōmisceamini cum illo, ut cō-
fundatur, & nolite quasi inimicum existimare, sed corri-
pite ut fratrem.Ipse aūt deus pacis det uobis pacē sem-
piternam in omni loco.Dominus sit cum omnibus uo-
bis.Salutatio, mea manu Pauli, quod ē signum in omni
epistola, ita scribo.Gratia domini nostri Iesu Christi cū
omnibus uobis.Amen.

ARGVMENTVM IN EPI-
stolam Pauli ad Timotheum.

TImotheum instruit & docet de ordinatione epi-
scopatus & diaconii & omnis ecclesiasticæ discipli
næ, scribens ei a` Laodicia per Tychicum diaconem.

mus ego sum, Sed ideo misericordiam consecutus sum
vt in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patiẽ
tiam, ad informationem eorum qui credituri sunt illi in
vitam æternam. Regi autem seculorum immortali, in-
uisibili, soli deo honor & glĩa in secula seculorũ. Amẽ.
Hoc præceptum commendo tibi fili Timothee: secun-
dum præcedẽtes in te prophetias, vt milites in illis bo
nam militiam, habens fidem, & bonam conscientiam
quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt
ex quibus est Hymeneus & Alexander: quos tradidi sa
thanæ, vt discant non blasphemare.

CAPVT. II.

A OBsecro igitur primum omnium fieri obsecratio-
nes, orationes, postulationes, gratiarum actiones
pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui
in sublimitate constituti sunt: vt quietã & tranquillam
vitã agamus in omni pietate & castitate. hoc enim bo-
num est & acceptum coram saluatore nostro deo: qui o-
mnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veri-
B tatis venire. Vnus enim deus, vnus & mediator dei & 1. Tim.
hominum, homo Christus Iesus: qui dedit redemptio- 1. c
nem semetipsum pro omnibus: cuius testimonium tem
poribus suis confirmatum est: in quo positus sum ego
prædicator & apostolus (Veritatem dico non mẽtior)
C doctor gentium in fide & veritate, Volo ergo viros ora
re in omni loco. leuantes puras manus, sine ira & disce-
ptatiõe. Similiter & mulieres in habitu ornato: cum ve Pet. 3.
recundia & sobrietate ornãtes se, non in tortis crinibus, 2. cor.
aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa: sed quod de 14. f
cet mulieres promittentes pietatẽ per opera bona. Mu Gen.
lier in silentio discat, cum omni subiectione. Docere au 3. b
tem mulieri nõ permitto, neq; dominari in virum, sed
D esse in silentio. Adam enim, primus formatus est: dein
de Eua: & Adam non est seductus, mulier autem sedu-

cta in præuaricatione fuit. Saluabitur autem per filiorum generationem, si permanserit in fide & dilectone & sanctificatione cum sobrietate.

CAPVT. III.

1.Tim. 1.b. Fidelis sermo. Si quis episcopatum desiderat: bonum opus desiderat. Oportet enim episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem. doctorem, nō vinolentum, non percussorem sed modestum, non litigiosum, non cupidum, sed suæ domui bene præpositum, filios habentem subditos cū omni castitate. Si quis autem domui suæ præesse nescit: quomodo ecclesiæ dei diligentiam habebit? Non neophytum: ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli. Oportet autem illum & testimonium habere bonum ab iis qui foris sunt: vt non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli. Diacones similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes: habētes mysterium fidei in consciētia pura. Et hi autem probentur primum: & sic ministrent: nullum crimen habentes. Mulieres similiter pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus. Diacones sint vnius vxoris viri, qui filiis suis bene præ sint, & suis dōibus. Qui enim bene ministrauerint: gradum bonum sibi acquirent, & multā fiduciam in fide quæ est in Christo Iesu. Hæc tibi scribo fili Timothee: sperans me ad te venire cito, si autem tardauero: vt scias quomodo oporteat te in domo dei conuersari, quæ est ecclesia dei viui, columna & firmamentum veritatis. Et manifeste magnū est pietatis sacramentum quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria.

CAPVT. IIII.

A SPiritus autem manifeste dicit, quia in nouissimis tē poribus discedent quidam a fide, attendentes spiri 2. Tim.
tibus erroris & doctrinis demoniorum, in hypocrisi lo- 3.a
quentium mendacium, & cauteriatam habentium su- 2.Pe.3.
am conscientiam, prohibentium nubere, abstinere a ci- 1.Iudæ
bis quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum 1.f.
actione fidelibus & iis qui cognouerunt veritatem: qđ
B omnis creatura dei bona est, & nihil reiiciendum quod
cum gratiarum actione percipitur, sanctificatur enim p
verbum dei & orationem. Hæc proponēs fratribus, bo 2.tim.
nus eris minister Xpi Iesu, enutritus verbis fidei & bōæ 2. d.
doctrinæ quam assecutus es. Ineptas autem & aniles fa Titi.3.c.
bulas deuita, exerce autē teipsum ad pietatem. Nā cor
poralis exercitatio ad modicum vtilis est: pietas autem
ad omnia vtilis est: promissionem habēs vitæ quæ nūc
C est, & futuræ. Fidelis sermo, & omni acceptiōe dignus.
In hoc enim laboramus & maledicemur, qa speramus
in deum viuum qui est saluator omnium hominum ma
xime fidelium. Præcipe hæc & doce. nemo adolescen-
tiam tuam contēnat, sed exemplum esto fideliū in ver-
bo, in conuersatiōe, in charitate, in fide, in castitate. Dū
venio attēde lectioni, exhortationi, doctrinæ. Noli ne
D gligere gratiam quæ in te est: quæ data est tibi per pro-
phetiam, cum impositione manuum præsbyterii. Hæc
meditate, in his esto, vt pfectus tuus manifestus sit om
nibus. Attende.n.tibi & doctrinæ: insta in illis, Hoc.n.
faciens: & teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt.

CAPVT. V.

SEniorem ne increpaueris: sed obsecra vt patrem, iu
uenes, vt fratres. anus, vt matres. iuuenculas, vt so-
rores in omni castitate. Viduas honora, quæ vere vi-
duæ sunt. Si qua autem vidua filios aut nepotes hēt: di
scant primū domum suam regere, & mutuam vicē red-

dere parẽtibus.hoc enim acceptum est coram deo. Quæ
autem vere vidua est & desolata: speret in deum, & in-
stet obsecrationibus & orationibus nocte & die. Nam
quæ in delitiis est: viuens mortua est. Et hoc præcipe: vt
irreprehensibiles sint. Si quis autem suorum & maxime
domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est
infideli deterior. Vidua deligatur non minus sexagin- B
ta annorum, quæ fuerit vnius viri vxor: in operibus bo-
nis testimonium habens, si filios educauit, si hospitio
recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem pa-
tientibus subministrauit si omne opus bonum subsecu
ta est. Adolescentiores autem viduas deuita. Cum enim
luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt: habentes
damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt: si-
mul autem & ociosæ discunt circumire domos: non so
lum ociosæ, sed & verbosæ, & curiosæ, loquentes quæ
non oportet. Volo ergo iuniores nubere, filios procrea C
re, matresfamilias esse, nullam occasionem dare aduer-
sario maledicti gratia. Iam enim quædam cõuersæ sunt
retro post sathanam. Si qs fidelis habet viduas, submi-
nistret illis, vt non grauetur ecclesia: vt iis quæ vere vi-
duæ sunt, sufficiat. Qui bene præsunt præsbyteri: dupli
ci honore digni habeantur: maxime qui laborãt in ver
Deu. bo & doctrina. Dicit enim scriptura, nõ alligabis os bo-
25.a ui trituranti. Et dignus est operarius mercede sua. Ad- D
1.Cor. uersus presbyterum accusationem noli recipere: nisi sub
9.a duobus aut tribus testibus. Peccantes, coram omnibus
Mat. argue: vt cæteri timore habeant. Testor coram deo &
10.b Christo Iesu & electis angelis, vt hæc custodias sine p̃-
iudicio nihil faciens, in alteram partem declinãdo. Ma
nus cito nemini imposueris, neq; communicaueris pec-
catis alienis. Temetipsum castum custodi. Noli adhuc
aquam bibere, sed modico vino vtere propter stoma-
cum tuum, & frequentes tuas infirmitates. Quorundam

hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudi cium: quosdam autem & subsequuntur. Similiter & facta bona manifesta sunt: & quæ aliter se habent abscondi non possum.

CAPVT. VI.


A Qvicunq; sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur: ne nomen domini & doctrina blasphemetur. Qui autem fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres sunt, sed magis seruiant, quia fideles sunt, & dilecti: qui beneficii participes sunt. Hæc doce & exhortare. Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermóibus domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est, do-
B ctrinæ: superbus, nihil sciens, sed languens circa quæstiones & pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones. blasphemiæ, suspitiones, malæ, conflictationes hominum mente corruptorum & qui veritate priuati sunt, existimantium quæstum esse pietatem. Est autem quæstus magnus: pietas: cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mũdum: haud dubium quia nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta & quibus legamur: his contenti sumus. Nam si qui volunt diuites fieri: incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia, Iob.1.d. Eccl.5.c
C & nociua quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas. quam quidem appetentes errauerunt a fide. & inseruerunt se doloribus multis. Tu autem o homo dei, hæc fuge: sectare vero iustitiam, pietatem, fidem charitatem, patientiam mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei: apprehende vitam æternam, in quam vocatus es & confessus bonam confessionem coram multis testibus. Præcipio tibi coram deo qui viuificat omnia. & Christo Iesu qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem: vt serues mandatum

Apo. fine macula, irreprehenfibile vſq; in aduentum domini
17. b & noſtri Ieſu Chriſti, quem ſuis temporibus oſtendet bea
19.c. tus & ſolus potens, rex regum & dominus dominan-
Ioan. tium: qui ſolus habet immortalitatem, & lucem inhabi
1.c. tat inacceſſibilem, quem nullus hominum vidit, ſed
1. Ioan. nec videre poteſt, cui honor & imperium ſempiternũ
1.b. Amen. Diuitibus huius ſeculi præcipe non ſublime ſa- D
pere, neq; ſperare in incerto diuitiarum, ſed in deo vi-
uo (qui præſtat nobis omnia abunde ad fruendum) be-
ne agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere,
communicare, theſaurizare ſibi fundamentum bonum,
in futurum, vt apprehendant veram vitam. O Timo-
thee, depoſitum cuſtodi: deuitans prophanas vocum
nouitates, & oppoſitiones falſi nominis ſciẽtiæ, quam
quidam promittentes, circa fidem exciderunt. Gratia te
cum. Amen.

ARGVMENTVM IN EPISTOlam Pauli ſecundam ad Timotheum.

ITem Timotheo ſcribit de exhortatione martyrii, & de omni regula veritatis, & quid futurum ſit temporibus nouiſſimis, & de ſua paſſione: ſcribens ei ab vrbe Roma.

EPISTOLA PAVLI AD TIMOtheum secunda. CAPVT. I.

A 
AVLVS apostolus Iesu Christi per voluntatem dei, secundũ promissionẽ vitæ quæ ẽ in Christo Iesu. Timotheo charissimo filio, gratia & misericordia, & pax a deo patre nostro, & Christo Iesu domino nostro. Gratias ago deo meo, cui seruio a proge-
B nitoribus meis in cõscientia pura, q sine intermissione habeã tui memoriã in orationibus meis, nocte ac die desiderans te videre, memor lachrimarũ tuarũ, vt gaudio implear, recordationẽ accipiẽs eius fidei q̃ est in te nõ ficta: q̃ & habitauit primũ ĩ auia tua Loide, & matre tua Eunice: certus sum aũt q & ĩ te. Propter quã causam admoneo te, vt resuscites grãm dei q̃ est in te per imposi- Rom.
C tionẽ manuũ mearũ. Nõ.n. dedit nobis deus spiritũ timoris: sed virtutis & dilectiõis & sobrietatis. Noli itaq; 8.c.
erubescere testimoniũ dñi nři neq; me vinctum eius: sed collabora euãgelio scdm virtutẽ dei, q nos liberauit & vocauit vocatiõe scãi: nõ scdm opa nřa, sed scdm pposi Tit.3.b
tũ suum & grãm q̃ data est nobis in Xp̃o Iesu añ tẽpora secularia. Manifestata ẽ aũt nunc p illuminationẽ sal
D uatoris nři Iesu Xp̃i, q destruxit qidẽ mortẽ. illuminauit aũt vitã & incorruptionẽ p euãgeliũ: in quo positus sum ego pdicator & apostolus & magister gentiũ. Ob 1.Tim.
quã causam ẽt hæc patior: sed nõ confundor. Scio.n. cui 2.b.
credidi: & certus sum qa potens ẽ depositũ meũ seruare in illũ diẽ. Formã habe sanorũ verborũ, q̃ a me audisti in fide & in dilectione in Xp̃o Iesu. Bonũ depositũ custodi p spiritũ scm̃, q habitat in nobis. Scis.n. hoc, qd auersi sunt a me omnes qui in Asia sunt: ex quibus est

Phygelus & Hermogenes. Det misericordiã dominus Onesiphori domui:quia sæpe me refrigerauit, & cathenam meam non erubuit.sed cum Romam venisset:solicite me quæsiuit, & inuenit. Det illi dominus inuenire misericordiam a deo in illa die, Et quanta Ephesi ministrauit mihi:tu melius nosti.

CAPVT. II.

TV ergo fili mi, confortare in gratia quæ est in Christo Iesu: & quæ audisti a me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. Labora sicut bonus miles Christi Iesu. Nemo militans deo, implicat se negotiis secularibus, vt ei placeat cui se probauit. Nam & qui certat in agone, non coronabitur, nisi legitime certauerit, Laborantem agricolam oportet primum de fructibus accipere:intellige quæ dico. dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum, Memor esto dominum Iesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine Dauid, seundum euangelium meum, in quo laboro vsq; ad vincula, quasi male operans: sed verbum dei nõ est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos, vt & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Iesu, cum gloria cœlesti. Fidelis sermo. Nam si commortui sumus, & conuiuemus. si sustinebimus:& conregnabimus. si negauerimus:& ille negabit nos. si non credimus:ille fidelis permanet, negare seipsum non potest. Hæc commone: testificans coram domino. Noli contendere verbis. ad nihil enim vtile est:nisi ad subuersionem audientium, Solicite autem cura, teipsum probabilem exhibere deo operariũ inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis. Prophana autem & vaniloquia deuita. multum enim proficiunt, ad impietatem:& sermo eorum vt cancer serpit ex quibus est Hymenæus & Philetus: q a veritate exciderunt, dicẽtes resurrectionem esse iam factã, & subuertetunt

uerteruut quorundam fidem. Sed firmum fundamentũ dei ſtat, habẽs ſignaculum hoc. Cognouit dominus qui ſunt ſui. Et diſcedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen domini. In magna autem domo, non ſolum ſunt uaſa aurea et argentea, ſed et lignea, et fictilia: et quædã quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. Si quis ergo emundauerit ſe ab iſtis: erit uas in honorẽ

D ſanctificatum et utile domino, ad omne opus bonũ paratum. Iuuenilia autem deſideria fuge, ſectare uero iuſtitiam, fidem, ſpem, et charitatem, et pacem cum iis qui inuocant dominum de corde puro. Stultas autem et ſine diſciplina quæſtiones deuita: ſciens quia generant lites. Seruum autem domini non oportet litigare: ſed mãſuetum eſſe ad omnes, docibilem: patiẽtem: cum modeſtia corripientem eos qui reſiſtunt ueritati: ne quando deus det illis pœnitentiam ad cognoſcendam ueritatem, et reſipiſcant a diaboli laqueis: a quo captiui tenentur ad ipſius uoluntatem.

1.Tim. 1.c

Tit.3.c

CAP. III.

A HOc autem ſcito: qui in nouiſſimis diebus inſtabũt tempora periculoſa: et erunt homines ſeipſos amãtes: cupidi: elati: ſuperbi, blaſphemi: parentibus nõ obedientes, ingrati: ſceleſti: ſine affectiõe: ſine pace: criminatores, incontinentes: immites, ſine benignitate: proditores: proterui: tumidi: et uoluptatum amatores magis quã dei: habentes ſpeciem quidem pietatis, uirtutem autem eius abnegantes. Et hos deuita. ex his enim ſunt qui pe-

1.Ti.4.a
2.Pe.3.a
Iudæ.1.f

B netrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis: quæ ducuntur variis deſideriis: ſemper diſcentes, & nunq̃ ad ſcientiam veritatis puenientes. Quẽadmodum autem Iamnes & Mãbres reſtiterunt Moyſi: ita & hi reſiſtunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, ſed vltra non proficient, inſipientia

Exo.7.b

C enim eorum manifeſta erit in omnibus, ſicut & illorum fuit. Tu autem aſſecutus es meam doctrinã: inſtitutio-

nem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem,
patientiam, persecutiones, passiones, qualia mihi facta
sunt Antiochiæ, Iconii, Listris, quales persecutiones su-
stinui, quod ex omnibus eripuit me dominus. Et omnes qui D
pie volunt viuere in Christo Iesu: persecutionem patien-
tur. Mali autem homines & seductores proficient in pe
ius: errantes, & in errorem mittentes. Tu vero permane
in iis quæ didicisti. & credita sunt tibi: sciens à quo di-
diceris, & quod ab infantia sacras literas nosti, quæ te
possunt instruere ad salutem, per fidem quæ est in Chri
2.Pe.1.d sto Iesu. Omnis scriptura diuinitus inspirata, vtilis est
ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad eru
diendum in iustitia, vt perfectus sit homo dei ad omne
opus bonum instructus.

CAPVT. IIII.

TEstificor coram deo & Iesu Christo qui iudicatu- A
rus est viuos & mortuos per aduentum ipsius, &
regnum eius: prædica verbum: insta opportune, impor-
tune, argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctri
na. Erit enim tempus cum sanam doctrinam non susti-
nebũt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros
prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auer B
tent, ad fabulas autem conuertentur. Tu vero vigila, in
omnibus labora, opus fac euãgelistæ, ministerium tuum
imple. Sobrius esto. Ego enim iam delibor, & tempus
resolutionis meæ instat. Bonum certamen certaui, cur-
sum consummaui, fidem seruaui. In reliquo reposita est
mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in il
la die, iustus iudex, nõ solum autem mihi, sed & iis qui
diligunt aduentum eius. Festina ad me venire cito. De- C
Col.4.d mas enim me reliquit, diligens, hoc seculum, & abiit
Thessalonicam, Cresens in Galathiam. Titius in Dal-
matiam. Lucas, est mecum solus. Marcum assume, & ad
duc tecum, est enim mihi vtilis in mynisterio. Tychicũ

autem misi Ephesum, Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum & libros, maxime autem membranas. Alexander ærarius multa mala mihi ostendit reddet illi dominus secundum opera eius: quem & tu deuita, valde enim restitit verbis nostris. In prima mea defensiōe nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt, non illis imputetur. Dominus autem mi
D hi astitit, & cōfortauit me, vt per me prædicatio implea tur: & audiant omnes gētes, & liberatus sum de ore leonis. Liberauit me dominus ab omni opere malo, & saluum faciet in regnum suum cœleste, cui gloria in secula seculorum. Ameu. Saluta Priscillam & Aquilam & Onesiphori domum. Erastus remansit Corinthi. Trophimum autem reliqui infirmum Mileti. Festina ante Hyemē venire. Salutant te Eubulus & Pudens & Linus & Claudia & fratres omnes, Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo. Gratia vobiscum. Amen. Sup.1.c

ARGVMENTVM IN EPI stolam Pauli ad Titum.

Titum commonefacit & instruit de constitutione præsbyteri: & de spirituali conuersatione, & hæreticis vitandis, qui in traditionibus Iudaicis credunt, scribens ei a Nicopoli.

EPISTOLA PAVLI AD Titum. CAPVT. I.



AVLVS Seruus dei apo- A
stolus autem Iesu Christi se-
cũdum fidem electorum dei
& agnitionem veritatis, quæ
secundũ pietatem est in spem
vitæ æternæ: quam promisit
qui non mentitur deus ante
tempora secularia: manifesta-
uit autẽ temporibus suis ver-
bum suum in prædicatione quæ credita est mihi secun-
dum præceptum saluatoris nostri dei. Tito dilecto filio
secundum cõmunem fidem gratia & pax a deo patre & B
Christo Iesu saluatore nostro. Huius rei gratia reliqui te
1.Tim. Cretæ: vt ea quæ desunt corrigas, & constituas per ciui-
3.a tates præsbyteros sicut & ego disposui tibi. Si quis sine
crimine est, vnius vxoris vir filios habẽs fideles, non in
accusatione luxuriæ, aut non subditos. Oportet enim
episcopum sine crimine esse: sicut dei dispensatorẽ: non
superbum: non iracundum: non viinolentũ: non percus-
sorem: non turpis lucri cupidum: sed hospitalem: beni-
gnum: prudentem: sobrium: iustum: sanctum: continen-
tem, amplectentem eum qui secundum doctrinam est, C
fidelem sermonem, vt potens sit exhortari doctrina sa-
na, & eos q contradicunt arguere. Sunt enim multi etiã
inobedientes, vaniloqui & seductores, maxime qui de
circuncisione sunt: quos oportet redargui, qui vniuersas
Epime domos subuertunt, docentes quæ non oportet, turpis
nides lucri gratia. Dixit quidam ex illis proprius ipsorum pro-
pheta. Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, vẽtres
pigri. Testimonium hoc verum est. Quam ob causam in D
crepa illos dure, vt sani sint in fide, non attendentes Iu

daicis fabulis, & mádatis hominum aduersantium se a veritate. Omnia munda mundis: coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum: sed inquinatæ sunt eorũ & mens & conscientia. Cõfitentur se nosse deum: factis autem negant, cum sint abominati & increduli, & ad omne opus bonum reprobi. Rom. 14.d

CAP. II.

A TV autem loquere quæ decent sanam doctrinam. Senes, vt sobrii sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia. Anus similiter in habitu sancto, non criminatrices, non multo vino seruiẽtes: bene docentes: vt prudentiam doceant. Adolescẽtulas, vt viros suos ament, filios suos diligant, prudentes, castas, sobrias, domus curam habentes, benignas, subditas, vi- colos. 3

B ris suis, vt non blasphemetur verbum dei. Iuuenes similiter hortare, vt sobrii sint. In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate, verbum sanum: irreprehẽsibile: vt is qui ex aduerso est vereatur, nihil habens malum dicere de nobis. Seruos dominis suis subditos esse, in omnibus

C placentes, non contradicentes, non fraudantes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes, doctrinam saluatoris nostri dei ornent in omnibus. Apparuit enim gratia dei saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem & secularia desideria, sobrie & iuste & pie viuamus in hoc seculo, expectantes beatã spem & aduentum gloriæ magni dei & saluatoris no- Ephe. 6.a Col. 3.d 1. Pe. 2.c

D stri Iesu Christi, qui dedit semetipsum ꝓ nobis: vt nos redimeret ab omni iniquitate: & mundaret sibi populũ acceptabilem, sectatorem bonorum operũ. Hæc loquere & exhortare: & argue cum omni imperio. Nemo te contemnat.

CAP. III.

A ADmone illos ꝑncipibus & potestatibus subditos esse dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse, neminẽ blasphemare, non litigiosos esse sed mode

ftos: omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes
homines. Eramus enim aliquando & nos insipientes, in
creduli, errantes, seruientes desideriis & voluptatibus B
variis, in malitia & inuidia agentes, odibiles, odientes
inuicem. Cum autem benignitas & humanitas apparu-
it saluatoris nostri dei, non ex operibus iustitiæ quæ fe-
cimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos
nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis
spiritus sancti quem effudit in nos abunde per Iesum
Christum saluatorem nostrum, vt iustificati gratia ipsius
hæredes sumus secundum spem vitæ æternæ. Fidelis C
sermo est. Et de his volo te confirmare: vt curent bonis
1. Ti. iii. operibus præesse qui credũt deo. Hæc sunt bona & vti-
1. b lia hominibus. Stultas autem quæstiones, & genealogi-
1. Ti. 2. d as, & contentiones: & pugnas legis deuita, sunt enim in
utiles & vanæ. Hæreticum hominem post vnam & se-
cundam correptionem deuita: sciens quia subuersus est
qui eiusmodi est, & relinquit cum sit proprio iudicio cõ D
demnatus. Cum misero ad te Arteman, aut Tichycum:
festina ad me venire Nicopolim: ibi enim statui hyema-
re. Zenam legisperitum & Apollo solicite præmitte, vt
nihil illis desit. Discant autem & nostri, bonis operibus
præesse ad vsus necessarios: vt non sint infructuosi. Sa-
lutant te: qui mecũ sunt omnes. Saluta eos qui nos amãt
in fide. Gratia dei cum omnibus vobis. Amen.

ARGVMENTVM IN EPISTO lam Pauli ad Philemonem.

PHilemoni familiares literas facit pro Onesimo ser
uo eius: scribẽs ei ab vrbe Roma de carcere per su
prascriptum Onesimum.

EPISTOLA PAVLI AD PHILEMONEM. CAPVT. I.



A AVLVS Vinctus Chriſti Ieſu, & Timotheus frater: Philemoni dilecto & adiutori noſtro, & Apphiæ ſorori chariſſimæ, & Archippo commilitoni noſtro, & eccleſiæ quæ in domo tua eſt. Gratia vobis & pax à deo patre noſtro, & domino Ieſu Chriſto. Gratias ago deo meo, ſemper memoriam tui faciens in orationibus meis, audiens charitatem tuam & fidem quam habes in domino Ieſu, & in omnes ſanctos: vt communicatio fidei, tuæ euidens fiat in agnitione omnis operis boni in vobis in Chriſto Ieſu. Gaudium enim magnũm habui & conſolationem in charitate tua, quod
B viſcera ſanctorum requieuerunt per te frater. Propter quod multam fiduciam habens in Chriſto Ieſu imperandi tibi quod ad rem pertinet, propter charitatem magis obſecro: cum ſis talis vt Paulus ſenex, nunc autem & vinctus Ieſu Chriſti, obſecro te pro meo filio quem genui in vinculis, Oneſimo: qui tibi aliquando
C inutilis fuit, nunc autem & mihi & tibi vtilis, quem remiſi tibi. Tu autem illum, id eſt, mea viſcera, ſuſcipe, quem ego volueram mecum detinere, vt pro te mihi miniſtraret in vinculis euangelii, ſine conſilio autem tuo, nihil volui facere, vti ne velut ex neceſſitate bonum tuũ eſſet, ſed voluntariũ. Forſitan enim ideo diſceſ ſit ad horam a te, vt æternũ illũ reciperes: iã non vt ſer-
D uum, ſed pro ſeruo chariſſimũ fratrẽ, maxime mihi, q̃to

autem magis tibi & in carne & in domino? Si ergo habes me socium, suscipe illum sicut me. Si autem aliquid nocuit tibi aut debet: hoc mihi imputa. Ego Paulus scripsi mea manu. Ego reddam: vt non dicam tibi quod & teipsum mihi debes. Ita frater ego te fruar in domino, refice viscera mea in Christo. Confidens in obedientia tua scripsi tibi: sciens quoniam & super id quod dico facies. Simul & para mihi hospitium: nam spero per orationes vestras donari me vobis. Salutat te Epaphras concaptiuus meus in Christo Iesu. Marcus Aristarchus: Demas & Lucas adiutores mei. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro. Amen.

EPISTOLA BEATI PAVLI APOstoli ad Hebræos. CAPVT. I.



VLTIPHARIAM multisq; modis olim deus loquens patribus in prophetis: nouissime diebus istis locutus est: nobis in filio, quem constituit hæredem vniuersorum, per quē Sapi.7.d
fecit & secula. Qui cum sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius, portansq; omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis:
tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ Psal.2.b
illis nomen hæreditauit. Cui enim dixit aliquando an- 2.Reg.
gelorum, Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rur- 7.b
sum, Ego ero illi in patrem: & ipse erit mihi in filium. Psal.
Et cum iterum introducit primogenitum in orbem ter 96.b
ræ dicit, Et adorent eum omnes angeli dei. Et ad ange Psal.
los quidem dicit. Qui facit angelos suos spiritus: & mi- 103.a
nistros suos flammam ignis. Ad filium autem. Thronus Psal.
B tuus deus in seculum seculi: virga æquitatis: virga regni 44.b
tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea
vnxit te deus, deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Et, Tu in principio domine terram fundasti: Psal.
& opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu 101.,
C autem permanebis: & omnes vt vestimentum veterascent: & velut amictum mutabis eos & mutabuntur: tu
aūt idē ipse es, & anni tui nō deficiēt Ad quē aūt ange Psal..
loꝝ dixit aliquando Sede a dextris meis: quoadusq; 109.a
ponā inimicos tuos scabellum pedum tuoꝝ? Non ne 1.Cor.
omnes sunt administratorii spiritus: in ministerium mis 15.d.
si propter eos qui hæreditatem capient salutis?

CAPVT. II.

A PRopterea abundantius oportet obseruare nos ea

quæ audiuimus:ne forte pereffluamus. Si enim qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus: & omnis præuaricatio & inhobedientia accepit iustam mercedis retributionem: quomodo nos effugiemus si tãtam neglexerimus salutem? quæ cum initium accepisset enarrandi per dominum ab eis qui audierunt, in nos confirmata est, contestante deo signis & portentis & variis virtutibus & spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatẽ. Non enim angelis subiecit deus orbẽ terræ
Psal.8.c. futurum, de quo loquimur. Testatus est autem in quodam loco quis, dicens, Quid ẽ homo ꝙ memor es eius: B
aut filius hominis quoniam visitas eum? Minuisti eum
1.Cor. 15.d paulominus ab angelis: gloria & honore coronasti eũ: & cõstituisti eũ super opa manuum tuaꝝ. Omnia subiecisti sub pedibus eius. In eo.n.ꝙ oĩa ei subiecit, nihil di
Philip. 2.b misit nõ subiectum ei. Nunc aũt necdum videmus oĩa subiecta ei. Eum aũt q modico q̃ angeli minoratus est, videmus Iesum propter passionẽ mortis gloria & honore coronatũ: vt gr̃a dei, pro omnibus gustaret mortẽ. Decebat.n.eum propter quẽ omnia, & per quem oĩa q
Psal.21.c multos filios in gloriã adduxerat, authorẽ salutis eoꝝ C
Psalm. 170. per passionem cõsummari. Qui.n.sanctificat & q sanficatur, ex vno oẽs. Propter quã causam nõ cõfunditur
Esa.8. fratres eos vocare, dicens. Nunciabo nomen tuũ fratribus meis: in medio ecclesiæ laudabo te. Et iterum, Ego ero fidens in eũ. Et iteꝝ. Ecce ego & pueri mei, quos de
Osee.13 d. dit mihi deus. Quia ergo pueri cõmunicauerunt carni & sanguini: & ipse similiter pticipauit eisdẽ: vt p mor
1.Cor. 15.g tem destrueret eum qui habet mortis imperium, id est D
diabolum: & liberaret eos q timore mortis p totam vitam obnoxii erant seruituti. Nusquã.n.angelos apprehendit. Vnde debuit per omnia fratribus similari: vt misericors fieret & fidelis pontifex ad deum, vt repropitiaret delicta populi, in eo enim in quo passus est ipse

& tentatus: potens est & in eis qui tentantur auxiliari.

CAPVT. III.

A VNde fratres sancti, vocationis cælestis participes, considerate apostolum & pontificem confessionis nostræ Iesum: qui fidelis est ei qui præfecit illum, sicut & Moyses in omni domo eius. Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse dignus est habitus, quanto ampliorem honorem habet domo qui fabricauit illã. Omnis nãq; domus, fabricatur ab aliquo. qui autem omnia creauit: deus est. Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius tanquam famulus, in testimonium eorum quæ dicenda erant: Christus vero tanquam filius in domo sua: quæ domus, sumus nos, si fiduciam & gloriam spei vsq; ad finem, firmã retineamus, Quapropter sicut dicit spiritus sanctus, Hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra sicut in exacerbatione secũdum diẽ tentationis in deserto, vbi tentauerut me patres vestri: probauerunt & viderunt opera mea. Quadraginta annis, propter quod infensus fui generationi huic & dixi, Semper errant corde. Ipsi autem non cognouerunt vias meas, quibus iuraui in ira mea, Si introibũt in requiem meam. Videte fratres, nequando sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis discendi a deo viuo: sed adhortamini vos metipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Participes enim Christi effecti sumus: si tamen initium substantiæ eius usque ad finem firmum retineamus dum dicitur, Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, quemadmodum in illa exacerbatione. Quidam enim audientes, exacerbauerunt: sed non vniuersi qui profecti sunt ab Ægypto per Moysen. Quibus autem infensus est quadraginta annis,

Marginal letters: B, C, D. Marginal references: Num. 12. b; Psal. 9.4. c; Num. 14. f.

teneamus spei nostræ confessionem. Non enim habe- 2.Cor.
mus pontificem qui non possit compati infirmitatibus 3.b.
nostris: tētatum autem p omnia pro similitudine absq;
peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gra-
tiæ eius: vt misericordiam consequamur, & gratiam in-
ueniamus in auxilio opportuno. CAP. V.

A OMnis namq; pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad deum: vt offerat dona & sacrificia pro peccatis, qui condolere possit iis qui ignorant & errant: quoniam & ipse circundatus est infirmitate: & propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam & pro semetipso offerre
B pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem: sed q vocatur a deo: quemadmodum & Aron. Sic & Christus non semetipsum clarificauit vt pontifex fieret: sed qui locutus est ad deum: Filius meus es tu: ego hodie genui te. Quemadmodum & in alio loco dicit, Tu es sacerdos
in æternum, secūdū ordinē Melchisedech. Qui in die 1.Par.
bus carnis suæ, preces, supplicationesq; ad eū qui posset 23.b
illum saluum facere a morte, cum clamore valido & la- Psal.2.b
chrymis offerens exauditus est pro sua reuerentia. Et q- Psal.
dem cum esset filius dei, didicit ex iis quæ passus est o- 190.b
bedientiam: & consummatus factus est omnibus obtem
C perātibus sibi, causa salutis æternæ, appellatus a deo pō tifex iuxta ordinem Melchisedech. De quo nobis grādis sermo & interpretabilis ad dicendum: quoniam imbecilles facti estis ad audiendum. Etenim cum deberetis magistri esse: propter tēpus: rursum indigetis: vt vos doceamini quæ sint elementa exordii sermonum dei: & facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo. Omnis enim qui lactis est participes: expers est sermonis iustitiæ. paruulus enim est. Perfectorum autem est solidus cibus eorum qui pro ipsa consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali.

CAPVT. VI.

Vapropter intermittentes inchoationis Christi A
sermonem, ad perfectiõem feramur, non rursum
iacentes fundamentum pœnitentiæ ab operibus
mortuis & fidei ad deum, baptismatum doctrinæ, im-
positionis quoq; manuum, ac resurrectionis mortuorũ,
2.Pet. 2.d. & iudicii æterni. Et hoc faciemus: si quidem permiserit
deus. Impossibile enim eos qui semel sunt illuminati.
gustauerũt etiam donum cœleste & participes facti sunt
spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonũ dei ver-
bum. virtutesq; seculi venturi, & prolapsi sunt rursus re
nouari ad pœnitentiam, rursum crucifigentes sibimet-
ipsis filium dei, & ostentui habentes. Terra enim sæpe B
venientem super se bibens imbrem, & germinans her-
bam opportunam illis a quibus colitur: accipit benedi-
ctionem a deo. proferens autem spinas ac tribulos, re-
proba est, & maledicto proxima, cuius consummatio in
combustionem. Confidimus autem de vobis dilectissi-
mi meliora & viciniora saluti, tametsi ita loquimur. Nõ
enim iniustus deus, vt obliuiscatur operis vestri & dile
ctionis quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministra- C
stis sanctis & ministratis. Cupimus autem vnumquemq;
vestrũ eandem ostentare solicitudinem, ad expletiõem
spei vsq; in finem vt non segnes efficiamini, verum imi
tatores eorum qui fide & patientia hæreditabunt pro-
missiones. Abrahæ namq; promittens deus: quoniam
neminem habuit per quem iuraret maiorem, iurauit p
semetipsum, dicens, Nisi benedicens benedicam te: &
multiplicans multiplicabo te. Et sic longanimiter ferẽs: D
adeptus est remissionem. Homines enim per maiorem
Gene. 22.c. se iurant: & omnis controuersiæ eorum finis ad confir-
mationem, est iuramentum. In quo abundantius volẽs
deus ostendere pollicitationis hæredibus immobilitatẽ
consilii sui: interposuit iusiurãdum, vt per duas res im-

mobiles quibus impossibile est mētiri deūm: fortissimū
solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam pro
positam spem quam sicut ancoram habemus animæ tu
tam ac firmam, & incedentem vsq; ad interiora velami
nis. vbi præcursor pro nobis introiit Iesus, secūdum or-
dinem Melchisedech. pontifex factus in æternum.

CAPVT. VII.

A HIc enim Melchisedech, rex Salē, sacerdos dei sum
mi, qui obuiauit Abrahæ regresso a cæde regum, Gene.
& benedixit ei, cui & decimas omnium diuisit Abra- 14.d
ham. primum quidē qui interpretatur rex iustitiæ: de in
de autem & rex Salē, quod est rex pacis. sine patre, sine
genelogia, neq; initium dierum, neq; finē vitæ habēs,
assimilatus autem filio dei, manet sacerdos in perpe-
tuum. Intuemini autem quantus sit hic: cui & decimas
dedit de præcipuis Abraham patriarcha. Et quidem de
filiis Leui sacerdotium accipientes mandatum habent
B decimas sumere a populo secundum legem, id est a fra
tribus suis: quanq̃ & ipsi exierunt de lumbis Abrahæ.
Cuius autem generatio non annumeratur in eis: deci-
mas sumpsit ab Abraham, & hunc qui habebat repro-
missiones benedixit. Sine vlla autem contradictione:
quod minus est a meliore benedicitur. Et hic quidem
decimas morientes homines accipiunt: ibi autem con-
statur quia viuit. Et (vt ita dictum sit) per Abraham,
& Leui qui decimas accipit decimatus est. adhuc enim
C in lumbis patris erat, quando obuiauit ei Melchise-
dech. Si ergo consummatio per sacerdotium Leuiti-
cum erat (populus enim, sub ipso legem accepit) quid
adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchise-
dech alium surgere sacerdotem, & non secundum ordi
nem Aron dicit? Translato enim sacerdotio: necesse est
vt & legis translatio fiat. In quo enim hæc dicuntur dē
alia tribu est, de qua nullus altario præsto fuit. Mani-

festum est enim quod ex Iuda ortus sit dominus noster
in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est.
Et amplius adhuc manifestum est: si secundum similitu
dinem Melchisedech, exurgat alius sacerdos qui nō se-
Psal. cundum legem mandati carnalis factus est, sed secundū
109.c. virtutem vitæ insolubilis. Contestatur enim. Quoniam
tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchi
sedech. Reprobatio quidem fit præcedētis mādati: pro C
pter infirmitatem eius & inutilitatem nihil enim ad ꝑ-
fectū adduxit lex: introductio vero melioris spei, ꝑ quā
proximamus ad deum. Et quantum est non sine iureiu
Psal. rando (alii quidem, sine iureiurando sacerdotes facti
19.b. sunt: hic autem cum iureiurando per eum qui dixit ad
illum, Iurauit dominus, & non pœnitebit eum: tu es sa
cerdos in æternum) in tantum melioris testamenti spō
sor factus est. Iesus. Et alii quidem plures facti sunt sa-
cerdotes, idcirco quod morte prohiberentur permane-
re: hic autem eo quod maneat in æternum, sempiternū
habet sacerdotium. Vnde & saluare in perpetuum po D
test accedentes per ipsum ad deum: semper viuens ad
interpellandum pro nobis. Talis enim decebat vt no-
bis esset pontifex: sanctus innocens, īpollutus, segrega-
tus a peccatoribus & excelsior cœlis factus: qui non ha
bet necessitatem quotidie (quemadmodum sacerdo-
tes) prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro po
puli. hoc enim fecit semel se offerendo. Lex enim ho-
mines constituit sacerdotes infirmitatem habentes: ser-
mo aūt iusiurādi qui post legem est, filium in æternum
perfectum.

CAPVT. VIII.

Capitulum autem super ea quæ dicuntur. Talem A
habemus pontificem, qui consedit in dextera sedis
magnitudinis in cœlis: sanctorum minister, & taberna-
culi veri, quod fixit deus, & non homo. Omnis enim
pontifex, ad offerendum munera & hostias constitui-
tur, vnde

tur, vnde necesse est & hunc habere aliquid quod offe-
B rat. Si ergo esset super terram, nec esset sacerdos: cũ eẽnt
qui offerrent secundum legem munera, qui exemplari
& vmbræ deseruiunt cœlestium, sicut respõsum ẽ Moy Exo.
si, cum consummaret tabernaculum. Vide (inquit) om- 25.d
nia facito secundum exemplar: quod tibi ostensum est Act.7,fi
in monte. Nunc autem melius sortitus est ministerium:
quanto & melioris testamenti mediator est: quod in me
lioribus repromissiõibus sancitum est. Nam si illud pri-
us culpa vacasset, non vtiq; secundi locus inquireretur. Hier.
C Vituperans enim eos dicit. Ecce dies venient, dicit do- 31.c
minus, & cõsummabo super domum Israel & super do
mum Iuda testamentum nouum non secundum testm̃
quod feci patribus eoꝝ in die qua apprehendi manum
eorum vt educerem illos de terra Aegypti, quoniã ipsi
non permanserunt in testamento meo, & ego neglexi
eos: dicit dñs. Quia hoc est testm̃ quod dispona domui
D Israel post dies illos, dicit dñs. Dabo leges meas in men
tem eorum, & in corde eorum superscribam eas: & ero
eis in deum, & ipsi erunt mihi in populum, & non do-
cebit vnusquisq; proximum suum & vnusquisq; fratrem
suum dicens. Cognosce dominum, qm̃ omnes scient me
a minore vsq; ad maiorem eorum: quia propitius ero ini
quitatibus eorum, & peccatoꝝ eorum iam non memo-
rabor. Dicendo autem nouum veterauit prius. Quod
autem antiquatur & senescit: prope interitum est.

CAP. IX.

A HAbuit quidem & prius iustificationes culturæ, &
sanctum seculare. Tabernaculum enim factum est Exod.
primum, in quo erant candelabra, & mensa, & proposi- 26,c &
tio panum, quæ dicitur sancta. Post velamentum autem 36.a
secundum tabernaculum, quod dicitur sancta sanctorũ,
aureum habens thuribulum: & arcam testamenti circũ-
tectam ex omni parte auro, in qua vrna aurea hñs man

na, & virga Aaron quæ frunduerat, & tabulæ testamen
ti, superq; eam erant Cherubin gloriæ obumbrantia p B
pitiatorium, de quibus non est modo dicendum per sin
gula. His vero ita cõpositis: in priori quidem tabernacu
lo semper introibant sacerdotes, sacrificiorum officia
consummantes: in secundo autem, semel in anno solus
pontifex: non sine sanguine quem offerret pro sua & po
puli ignorantia, hoc significante spiritu sancto, nondũ
propalatam esse sanctorum viam, adhuc priore taberna C
culo habente statum quæ parabola est temporis instan-
tis: iuxta quam munera & hostiæ offerũtur, quæ nõ pos-
sunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem so
lum modo in cibis, & in potibus, & in variis baptisma-
tibus, & iustitiis carnis vsq; ad tempus correctionis im-
positis. Christus autem assistens pontifex futurorũ bono
rum, per amplius & perfectius tabernaculum non manu
factum, id est non huius creationis: neq; per sanguinem
hircorũ aut vitulorũ, sed per proprium sanguinem intro
iuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Si enĩ D
sanguis hircorũ & taurorũ & cinis vitulæ aspersus, inqui
Leui. 16.c natos sanctificat ad emundationem carnis, quãto magis
sanguis Christi qui per spm̃ sanctum semetipsum obtu-
1.Pe.1.d lit immaculatum deo, emundauit conscientiam nostrã
1.Io.1.d ab operibus mortuis ad seruiendum deo viuẽti? Et ideo
Apo.1.b noui testamenti mediator est, vt morte intercedente, in
1.Pe.3.g redemptionem eorũ præuaricationũ quæ erant sub prio
Ro.5.b ri testamento, repromissionem accipiant qui vocati sunt
Gal.3.b æternæ hæreditatis. Vbi enim testamentum, mors ne-
cesse est intercedat testatoris. Testamẽtum enim, in mor
tuis confirmatum est, alioquin nondum valet, dum vi- E
uit qui testatus est. Vnde nec primum quidem: sine san-
C per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis, hæc enim facientes, nõ peccabitis aliquando. Sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in æternũ regnũ domini & saluatoris nostri Iesu Christi. Propter qđ incipiã vos semper cõmonere de his. & q̃dem scientes & confirmatos vos in ꝑsenti veritate Iustum aũt arbitror quãdiu sum in hoc tabernaculo, suscitare vos in commonitione:certus ꝙ velox est depositio tabernaculi mei secundũ quod & dominus noster Iesus

Io.i.21.f Christus significauit mihi. Dabo autem operam & frequentet habere vos post obitum meum, vt horum memoriam faciatis. Non enim doctas fabulas secuti, no-
I.cor.2.c tam fecimus vobis domini nostri Iesu Christi virtutem & præsentiam: sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim a deo patre honorem & gloriam, D
Mat. 17.a voce delapsa ad eum huiuscemodi a magnifica gloria, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite: & hanc vocem nos audiuimus de cœlo allatam, cum essemus cum ipso in monte sancto. Et habemus firmiorem propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes quasi lucernæ lucenti in loco caliginoso, donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris: hoc primum intelligentes quod omnis prophetia scripturæ, propria interpretatione non fit. Non enim vo-
2.Ti.3.d luntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines.

CAPVT. II.

FVerunt vero & pseudo prophetæ in populo, sicut A & in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, & eum qui emit eos, dominum negant: superducentes sibi celerem perditionē. Et multi sequntur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur: & in auaritia fictis verbis de uobis negotiabūtur. quibus iudicium iam olim non cessat: & perditio eorum
Iob.4.d non dormitat. Si enim deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos in iudicium reseruari: & originali mun
Geñ.7.a do non pepercit, sed octauum Noe iustitiæ præconem B
Ge.19.b custodiuit, diluuium mundo impiorum inducens, & ciuitates Sodomorum & Gomorrhæorum in cinerem redigens, euersione damnauit, exemplum eorum qui impie acturi sunt ponens: & iustum Lot oppssum a nefandorum iniuria ac luxuriosa conuersatione eripuit. aspe-

ctu enim & auditu iustus erat: habitãs apud eos qui de
die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabãt.
Nouit dominus pios de tentatione eripere, iniquos ve
ro in diem iudicii reseruare cruciandos: magis autẽ eos
qui post carnem in concupiscentia immunditiæ ambu-
lant, dominationemq; contemnunt, audaces, sibi placẽ
tes: sectas non metuunt introducere, blasphemãtes: vbi
angeli, fortitudine & virtute cum sint maiores, non por
C tant aduersum se execrabile iudicium. Hi vero velut ir-
rationabilia pecora, naturaliter in captionem & in per-
niciem, in his quæ ignorant blasphemantes, in corru-
ptione sua peribunt, percipientes mercedem iniustitiæ
voluptatem existimantes, diei delitias coinquinationis
& maculæ: delitiis affluentes, in conuiuiis suis luxurian
tes vobiscum, oculos habentes plenos adulterii, & inces
sabilis delicti, pellicentes animas instabiles, cor exercita
tum auaritia habentes, maledictionis filii: derelinquen
tes rectam viam errauerunt, secuti viam Balaam ex Bo Num.
sor, qui mercedem iniquitatis amauit, correptionem ve 22.d
ro habuit suæ vesaniæ, subiugale mutum animal, in ho
minis voce loquens, prohibuit prophetæ insipientiam.
D Hi sunt fontes sine aqua, & nebulæ turbinibus exagi- Iudæ.
tatæ: quibus caligo tenebrarũ reseruatur. Superba enim 1.d
vanitatis loquentes, pelliciunt in desideriis carnis luxu
riæ, eos qui paululum effugiunt, qui in errore cõuersan
tur: libertatem illis promittentes, cum ipsi serui sint cor
ruptiõis. A quo enim quis superatus est: huius & seruus Ioã. 8.c
est. Si enim refugiente coinquinationes mũdi in cogni Ro.6.c
tione domini nostri & saluatoris Iesu Christi, his rursus Heb.6.
implicati superantur: facta sunt eis posteriora, deteriora Mat.
prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere viam 12.d
iustitiæ, quam post agnitionem, retrorsum conuerti ab Prouer
eo quod illis traditũ est sancto mandato. Contigit.n.eis 26.b
illud veri prouerbii, Canis reuersus ad suum vomitum:

&, Sus, lota in volutabro luti.

CAPVT. III.

Hanc ecce vobis charissimi secundam scribo episto A
lam, in quibus vestrã excito in cõmonitione, syn-
ceram mentem: vt memores sitis eorum quæ prædixi,
verborum a sanctis prophetis & apostolorum vestrorũ
præceptorum domini & saluatoris. hoc primum scien-
Tim. tes, ꝙ venient in nouissimis diebus in deceptione illu-
4.a sores iuxta proprias concupiscentias ambulantes, dicen
1.Tim. tes, Vbi est promissio aut aduentus eius? ex quo enim B
3.a patres dormierunt, omnia sic perseuerant ab initio crea
Iudæ.1.f turæ. Latet enim eos hoc volentes, ꝙ cœli erant prius,
Ezec.12.f & terra, de aqua & per aquam cõsistens dei verbo: per
quæ ille tunc mundus aqua inundatus periit. Cœli au-
tem qui nunc sunt, & terra eodem verbo repositi sunt,
igni reseruati in diem iudicii & perditionis impiorum
hominum. Vnum vero hoc non lateat vos charissimi,
ꝙ vnus dies apud dominum sicut mille anni: & mille
anni, sicut dies vnus. Non tardat dominus promissio- C
nem suam, sicut quidam existimant: sed patienter agit
1.The. propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœni
5.a tentiam reuerti. Aduenict autem dies domini vt fur: in
Apoc. quo cœli, magno impetu transient, elementa vero calo
3.a.& re soluentur. terra autẽ & quæ in ipsa sunt opera exu-
16.c rentur. Cum igitur hæc omnia dissoluenda sint, quales
oportet vos esse in sanctis conuersationibus & pietati-
bus, expecctantes & properantes in aduentum diei do
Apoc. mini, per quem cœli ardentes soluentur, & elementa
21.a ignis ardore tabescent? Nouos vero cœlos & nouam D
Esa. 63. terram & promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia
c &.66. habitat. Propter quod charissimi, hæc expectãtes, sata
g gite, ĩmaculati & ĩuiolati ei ĩueniri in pace: & dñi nñi lõ
Ro.2.a ganimitatẽ, salutẽ arbitramini, sicut & charissimus fra-
ter noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scri-

psit vobis: sicut & in omnibus epistolis, loquens in eis
de his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ
A indocti & instabiles deprauant, sicut & cæteras scriptu-
ras, ad suam ipsorum perditionem. Vos igitur fratres,
præscientes, custodite ne insipientium errore traducti
excidatis a propria firmitate: crescite vero in gratia &
in cognitione domini nostri & saluatoris Iesu Christi.
Ipsi gloria & nunc & in diem æternitatis. Amen.

B

ARGVMENTVM IN EPISTO-
lam primam beati Ioannis apostoli.

RAtionē verbi, & quod deus ipse sit charitas manifestat, & susurrones fratrum nec deū scire, nec pios fieri posse eousq; dissertat, vt esse comprobet: homicidas, eo quod odium sit interfectionis occasio.

C

D



Vod fuit ab initio, quod audiuimus, A
quod vidimus oculis noſtris: quod per
ſpeximus, & manus noſtræ contrecta-
uerunt, De verbo vitæ, & vita manife
ſtata eſt: & vidimus, & teſtamur, & an
nuntiamus vobis vitam æternam quæ
erat apud patrem, & apparuit nobis. B
Quod vidimus & audiuimus, annuntiamus vobis, vt
& vos ſocietatem habeatis nobiſcum, & ſocietas noſtra
ſit cum patre & cum filio eius Ieſu Chriſto. Et hæc ſcri-
bimus vobis vt gaudeatis, & gaudium veſtrum ſit ple- C
num. Et hæc eſt annuntiatio quam audiuimus ab eo, &
Ioā. 8. b annuntiamus vobis. Quoniam deus lux eſt, & tenebræ
Heb. 9. d in eo non ſunt vllæ. Si dixerimus quoniam ſocietatem
1. Pet. 1. d habemus cum eo, & in tenebris ambulamus: mentimur
Apoc. & veritatem nō facimus. Si autem in luce ambulamus,
1. b ſicut & ipſe eſt in luce: ſocietatem habemus ad inuicem
3. Reg. & ſanguis Ieſu Chriſti filii eius emundat nos ab omni D
8. e peccato. Si dixerimus quoniam peccatum nō habemus:
2. Par. ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Si confi-
6. g teamur peccata noſtra: fidelis eſt & iuſtus, vt remittat no
Prou. bis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate.
20. b Si dixerimus quoniam non peccauimus, mendacem fa-
Eccle. cimus eum, & verbum eius non eſt in nobis.
7. c

CAPVT. II.

FIlioli mei, hæc ſcribo vobis, vt non peccetis. Sed & A
ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrē
Ieſum Chriſtum iuſtum: & ipſe eſt propitiatio pro pec-
catis noſtris: non pro noſtris autem tantum, ſed etiam
pro totius mundi. Et in hoc ſcimus quoniam cognoui-
mus eum ſi mandata eius obſeruamus, Qui dicit ſe noſ-

se deum, & mandata eius non custodit, mēdax est, & in
eo veritas non est. Qui aūt seruat verbum eius: vere in
hoc charitas dei pfecta est. In hoc scimus qm̄ in ipso su-
A mus. Qui dicit se in ipso manere: debet sicut ille ambu-
lauit, & ipse ambulare. Charissimi: non mandatū nouū
scribo vobis: sed mandatū vetus qđ habuistis ab initio.
Mandatū vetus est verbū qđ audistis. Iteꝝ mandatū no Io.13.d
uum scribo vobis, qđ veꝝ est, & in ipso, & in vobis: qa &.15.b
tenebræ transierunt, & veꝝ lumen iam lucet. Qui dicit Io.12.b
se in luce esse, & fratrē suū odit: i tenebris ē vsq; adhuc. Infra.3
B Qui diligit fratrē suum: in lumine manet, & scādalū in c
eo non est. Qui aūt odit fratrē suū: in tenebris est, & in
tenebris ambulat, & nescit quo eat: qa tenebræ obcæca
uerunt oculos eius. Scribo vobis filioli qm̄ remittuntur
vobis pctā pp nomen eius. Scribo vobis patres qm̄ co-
gnouistis eum qui ab initio est. Scribo vobis adolescen-
tes: qm̄ vicistis malignū. Scribo vobis infantes qm̄ cogno
C uistis prēm. Scripsi vobis prēs qm̄ cognouistis eum q est
ab initio. Scribo vobis iuuenes qm̄ fortes estis, & verbū
dei manet in vobis: & vicistis malignū. Nolite diligere
mundū, neq; ea quæ in mundo sunt. Si qs diligit mun-
dum: non est charitas prīs in eo. Quoniam oē qđ est in
mundo cōcupiscentia carnis, est, & cōcupiscentia oculo-
rum: & sūpbia vitæ, quæ non est ex patre, sed ex mūdo
D est. Et mundus transit, & concupiscentia eius. Qui aūt fa
cit volūtatē dei manet in æternū. Filioli, nouissima ho
ra est, & sicut audistis qa antichrs venit, & nūc antichri-
sti multi facti sunt: vnde scimus quia nouissima hora ē.
Ex nobis pdierunt, sed non erant ex nobis, nam si fuis-
sent ex nobis, permansissent vtiq; nobiscū: sed vt māife
sti sint qm̄ nō sunt oēs ex nobis. Sed vos vnctionē habe
tis a scō, & nostis oīa. Non scripsi vobis quasi ignorāti
bus veritatem, sed quasi scientibus eā, & qm̄ oē menda-
tium ex veritate non est. Quis est mēdax, nisi is q negat

qm̃ Iesus est Christus? Hic est antichristus, qui negat pa-
trem & filium. Omnis qui negat filiũ, nec patrẽ habet. q D
confitetur filium: & pr̃em hẽt, Vos ꝙ audistis ab initio
in vobis ꝑmaneat, qa si in vobis ꝑmanserit ꝙ audistis
ab initio, & vos in filio & patre manebitis. Et hæc est re
promissio quã ipse pollicitus est nobis, vitã æternã. Hæc
scripsi vobis de his qui seducunt vos. Et vos vnctiõem
quã accepistis ab eo maneat in vobis. Et non necesse ha
betis vt aliquis doceat vos, sed sicut vnctio eius docet
vos de oĩbus, & veꝝ est, & non est mendatium. Et sicut
docuit vos, manete in eo. Et nunc filioli manete in eo,
vt cum apparuerit, habeamus fidutiam & non confun-
damur ab eo in aduentu eius. Si scitis qm̃ iustus est, scito
te qm̃ & oĩs qui facit iustitiam, ex ipso natus est.

CAPVT. III.

A
VIdete qualem charitatem dedit nobis pr̃, vt filii
dei noĩemur & simus. Propter hoc, mundus non
nouit nos: qa non nouit eũ. Charissimi, nunc filii dei su
mus: & nondũ apparuit qd erimus. Scimus qm̃ cũ appa-
ruerit, siles ei erimus, qm̃ videbimus eum sicuti ẽ. Et oĩs
qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut & ille san
ctus est. Oĩs qui facit pctm̃, & iniquitatẽ facit: & pctm̃ est
Esa.53. iniqtas. Et scitis quia ille apparuit vt pctã tolleret: & pec
c catum in eo non est. Omins qui in eo manet, nõ peccat: B
1.Pe.2. & omnis qui peccat, non vidit eum, nec cognouit eum:
d Filioli, nemo vos seducat. Qui facit iustitiam: iustus est,
Io.13.d sicut & ille iustus est. Qui facit peccatum: ex diabolo
est: qm̃ ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit filius
dei, vt dissoluat opa diaboli. Oĩs qui natus est ex deo,
pctm̃ non facit, qm̃ semen ipsius in eo manet, & nõ põt
Ioã.13. peccare: qm̃ ex deo natus est. In hoc manifesti sunt filii
d.&.15. dei, & filii diaboli. Oĩs qui non est iustus, nõ est ex deo:
b & qui non diligit fratrẽ suũ qm̃ hæc est annũtiatio: quã
Ge.4.b audistis ab initio. Vt diligatis alterutrũ. Nõ sicut Cayn

qui ex maligno erat:& occidit fratrẽ suum. Et pp qd oc
C cidit eũ? Quoniá opa eius, maligna erát:fratris aũt eius:
iusta. Nolite mirari fratres, si odit vos mũdus. Nos sci-
mus qm̃ tráslati sumus de morte ad vitá, qm̃ diligimus
fratres. Qui nõ diligit, manet in morte, oĩs q odit fratrẽ
suũ, homicida est. Et scitis qm̃ oĩs homicida nõ hẽt vitá Sup.2.b
æterná in se manentẽ. In hoc cognouimus charitatẽ dei Leui.
qm̃ ille aíam suá p nobis posuit:& nos debemus p fra- 19.d
tribus aĩas ponere. Qui habuerit subam huius mũdi, & Io.15.b
viderit fratrẽ suũ necessitatẽ hẽre, & clauserit viscera sua
D ab eo:qũo charitas dei manet in eo? Filioli mei, non di Iac.2.c
ligamus verbo, neq̃ lingua, sed opere & veritate:in hoc
cognoscimus q̃ ex veritate sumus, & ĩ cõspectu eius sua
debimus corda nr̃a. Quoniá si rep̃hẽderit nos cor nr̃m:
maior est deus corde nr̃o, & nouit oĩa. Charissimi: si cor
nr̃m nõ rep̃hẽderit nos, fiduciá hẽmus ad deũ, & qcqd Io.15.a
petierimus, accipiemus ab eo: qm̃ mádata eius custodi- Ioá.5.d
mus, & ea q̃ sunt placita corá eo, facimus. Et hoc est má &.17.a
datũ eius. Vt credamus in noĩe filii eius Iesu Xp̃i, & dili Io.13.d
gamus alterutrũ:sicut dedit mádatũ nobis. Et q seruat &.15.b
mádata eius:in illo manet, & ipse in eo: & ĩ hoc scimus
qm̃ manet in nobis ex sp̃ũ quẽ dedit nobis. C. IIII.

A CHarissimi: nolite omni spiritui credere, sed proba
te sp̃ũs si ex deo sint: qm̃ multi pseudo prophetæ
exierunt in mundum. In hoc cognoscitur spiritus dei,
omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne
venisse, ex deo est, & omnis spiritus qui soluit Iesum, ex
deo non est, & hic est antichristus de quo audistis quo-
niam venit, & nunc iam in mundo est. Vos ex deo estis
filioli, & vicistis eos, quoniam maior est qui in vobis est,
q̃ qui in mundo. Ipsi de mundo sunt: ideo de mundo Ioá.8.f
B loquuntur, & mundus eos audit. Nos ex deo sumus.
Qui nouit deum, audit nos, qui non est ex deo, non au-
dit nos, in hoc cognoscimus spirituum veritatis & sp̃m

erroris. Charisſimi, diligamus nos inuicem, qa charitas
ex deo eſt. Et oĩs qui diligit, ex deo natus eſt, & cogno-
ſcit deum. Qui non diligit, non nouit deũ, q̃m deus cha
Io.3.b ritas eſt. In hoc apparuit charitas dei in nobis q̃m filium C
ſuum vnigenitũ miſit deus in mundum, vt viuamus ꝑ
eum. In hoc eſt charitas: non quaſi nos dilexerimus deũ
ſed q̃m ipſe prior dilexit nos, & miſit filium ſuũ ꝓpitia-
tiõem pro pc̃t̃is nr̃is. Charisſimi, ſi ſic deus dilexit nos:
Io.1.b & nos dẽmus alterutrũ diligere. Deum nemo vidit vnq̃.
1.Tim. Si diligamus inuicem: deus in nobis manet, & charitas
6.c eius in nobis ꝑfecta eſt. In hoc cognoſcimus ꝙ in eo ma
nemus & ipſe in nobis, q̃m de ſpũ ſuo dedit nobis. Et
nos vidimus & teſtificamur q̃m pr̃ miſit filium ſuũ ſal-
uatorem mundi. Quiſqs confeſſus fuerit q̃m Ieſus eſt fi-
lius dei, deus in eo manet, & ipſe in deo. Et nos cogno-
uimus, & credidimus charitati, quã hẽt deus in nobis.
Deus charitas eſt: & qui manet in charitate, in deo ma-
net, & deus in eo. In hoc ꝑfecta eſt charitas dei nobiſcũ: D
vt fiduciã hẽamus in die iudicii, qa ſicut ille eſt, & nos
ſumus in hoc mundo. Timor non eſt in charitate, ſed ꝑ
fecta charitas, foras mittit timorẽ, q̃m timor pœnã hẽt,
qui aũt timet. non eſt ꝑfectus in charitate Nos ergo di-
ligamus deũ, q̃m deus prior dilexit nos. Si quis dixerit.
Io.13.d Quoniã diligo deũ, & fratrem ſuũ oderit: mendax eſt.
&.15.b Qui.n.non diligit fratrẽ ſuũ quẽ videt: deũ quẽ non vi-
Eph.5.a det, qũo põt diligere? Et hoc mandatũ habemus à deo
vt qui diligit deum, diligat & fratrẽ ſuũ. Cap. V.

OMnis qui credit q̃m Ieſus eſt Chriſtus, ex deo na- A
tus eſt. Et omnis qui diligit eum qui genuit dili-
git & eũ q natus eſt ex eo. In hoc cognoſcimus q̃m dili
gimus natos dei, cũ deũ diligamus & mãdata eius facia
Mat.11. mus. Hæc ẽ.n. charitas dei: vt mãdata eius cuſtodiamus,
d & mãdata eius grauia nõ ſunt. Quoniã oẽ qđ natũ ẽ ex
1.Cor. deo: vincit mundũ: & hæc eſt victoria q̃ vincit mũdũ, ſi

des noſtra. Quis eſt qui vincit mundũ, niſi qui credit qm̃ 15.g
B Ieſus eſt filius dei? hic eſt q venit per aquã & ſanguinẽ
Ieſus Chrs, nõ in aqua ſolũ: ſed in aqua & ſanguine. Et
ſpũs eſt qui teſtificatur qm̃ Chrs eſt veritas. Quoniã tres
ſunt qui teſtimoniũ dant in cœlo: pr̃, verbũ, & ſpũs ſcũs,
& hi tres, vnũ ſunt. Et tres ſunt qui teſtimoniũ dant in
terra, ſpũs, aqua, & ſanguis, & hi tres, vnũ sũt. Si teſtimo
nium hoĩum accipimus, teſtimonium dei maius eſt, qm̃
hoc eſt teſtimonium dei qđ maius eſt, qm̃ teſtificatus ẽ
de filio ſuo. Qui credit in filiũ dei, habet teſtimoniũ dei Ioã.3.d
in ſe. Qui non credit filio, mendacem facit eũ, qa nõ cre
dit in teſtimonium qđ teſtificatus eſt deus de filio ſuo.
Et hoc ẽ teſtimoniũ. Quoniã vitã æternã dedit nobis
deus, & hæc vita in filio eius eſt. Qui hẽt filiũ dei, hẽt
C vitam, qui non hẽt filium dei: vitam non hẽt. Hæc ſcri
bo vobis: vt ſciatis, qm̃ vitã habetis æternã q creditis in
noĩe filii dei. Et hęc eſt fidutia quã hẽmus ad deũ. Quia
quodcunq; petierimus ſcđm voluntatẽ eius, audit nos.
Et ſcimus qa audit nos quicqd petierimus, ſcimus qđ ha
bemus petitiones quas poſtulauimus ab eo. Qui ſcit fra
trem ſuum peccare pc̃m̃ nõ ad mortẽ, petat: & dabitur
ei vita, peccanti non ad mortẽ. Eſt pc̃m̃ ad mortẽ: non
D ꝓ illo dico vt roget qs. Oĩs iniqtas: pc̃m̃ ẽ, & ẽ pc̃m̃ ad
mortẽ. Scimus: qa oĩs q natus eſt ex deo nõ peccat: ſed
gñatio dei cõſeruat eũ & malignus nõ tãgit eũ. Scimus
qm̃ ex đo ſumus, & mũdus totus ĩ maligno poſitus ẽ. Et
ſcimus qm̃ filius dei vẽit: & đdit nob̃ ſenſũ vt cognoſca
mus veꝝ deũ & ſimus ĩ vero filio eius. Hic ẽ verus deus
& vita æterna. Filioli, cuſtodite vos à ſimulacris. Amẽ.

ARGVMENTVM IN EPISTO lam ſecundam beati Ioannis apoſtoli.

VSqueadeo ad ſanctam fœminam ſcribit, vt eandẽ dñam nõ dubitet lr̃is appellare, eiuſdẽq; filiis teſti monium quod ambulent in veritate perhibet.

EPISTOLA BEATI IOANnis Apostoli secunda.

CAPVT. I.




SENIOR, Electæ dominæ & natis eius quos ego diligo in veritate, & non ego solus, sed & omnes qui cognouerunt veritatem, propter veritatem quæ permanet in vobis, & vobiscum erit in æternum. Sit vobiscum gratia: misericordia, pax à deo patre: & à Christo Iesu filio patris in veritate, & charitate. Ga- A
uisus sum valde quod inueni de filiis tuis ambulantes B
in veritate, sicut mandatum accipimus à patre. Et nunc rogo te domina, non tanquam mandatum nouum scribens tibi, sed quod habuimus ab initio: vt diligamus alterutrum. Et hæc est charitas, vt ambulemus secundum mandata eius. Hoc est enim mandatum, vt quemadmodum audistis: ab initio, in eo ambuletis, quoniam multi seductores exierunt in mundum, qui non confitentur Iesum Christum venisse in carnem, hic est seductor & C
antichristus. Videte vosmetipsos, ne perdatis quæ operati estis, sed vt mercedem plenam accipiatis. Omnis qui recedit, & non permanet in doctrina Christi, deum non habet. Qui permanet in doctrina, hic patrem & filium habet. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam nõ affert, nolite recipere eum in domum, nec Aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi: Aue: communicat operibus eius D
malignis. Ecce, prædixi vobis, vt in die domini non cõfundamini. Plura habens vobis scribere: nolui per chartam & atramẽtum, spero enim me futurum apud vos: & os ad os loqui: vt gaudium vestrum plenum sit. Salutant te filii sororis tuæ electæ.

ARGVMENTVM IN EPI- stolam tertiam Ioannis Apostoli.

CAium pietatis causa extollit: atq; vt in ipsa pietate maneat: exhortatur. Diotrephen impietatis & superbiæ causa obiurgat. Demetrio autem bonum testimonium perhibet: cum fratribus vniuersis.

EPISTOLA BEATI IOANNIS apoſtoli Tertia.

CAPVT. I.



ENIOR Caio chariſſimo quem
ego diligo in veritate. Chariſſime de
omnibus orationem facio proſpere te D
ingredi & valere. ſicut proſpere agit
anima tua. Gauiſus ſum valde venien
tibus fratribus, & teſtimonium perhi-
bẽtibus veritati tuæ ſicut tu in verita-
te ambulas. Maiorem horum non habeo gratiam, quã
vt audiã filios meos in veritate ambulare. Chariſſime
fideliter facis quicq̃d oparis in fratres: & hoc in peregri
nos qui teſtimonium reddiderunt charitati tuæ in con-
ſpectu eccleſiæ: quos bene facies: deducens digne deo.
Pro nomine enim eius profecti ſunt, nihil accipientes a
gentibus. Nos ergo debemus ſuſcipere huiuſmodi: vt
cooperatores ſimus veritatis. Scripſiſſem forſitan eccle- A
ſiæ: ſed is qui amat primatum gerere in eis. Diotre-
phes, non recipit nos. Propter hoc ſi venero, com-
monebo eius opera quæ facit: verbis malignis garriens
in nos. & quaſi non ei iſta ſufficiant: neq; ipſe ſuſci-
pit fratres, & eos qui ſuſcipiunt, prohibet, & de ec-
cleſia eiicit. Chariſſime, noli imitari malum, ſed quod
bonum eſt. Qui bene facit, ex deo eſt: qui male facit,
non videt deum. Demetrio teſtimonium redditur ab
omnibus, & ab ipſa veritate. ſed & nos teſtimonium B
perhibemus, & noſti quoniam teſtimonium noſtrum
verum eſt. Multa habuit tibi ſcribere: ſed nolui per
attramentum & calamum ſcribere tibi. Spero autem
protinus te videre: & os ad os loquemur. Pax tibi. Sa-
lutant te amici. Saluta tu amicos nominatim.


HIERONYMUS IN CATHA-
logo ſcriptorum eccleſiaſticorum.

IVdas frater Iacobi, paruam quidem quæ de ſeptem catholicis eſt, epiſtolā reliquit. Et qa de libro Enoch: qui apochryphus eſt: in ea aſſumit teſtimonium, a' pleriſqȝ reiicitur, tamen authoritatem vetuſtate iam & vſu meruit, & inter ſanctas ſcripturas computatur.

ARGVMENTVM IN EPI-
ſtolam beati Iude apoſtoli.

IVdas Apoſtolus, fratres de corruptoribus viæ veritatis ita informat, vt illicitum eſſe diſſertet de ſub iugo ſemel erutos ſeruitutis, denuo operam ſuam officiis nouare ſeruilibus.

EPISTOIA CATOLICA BEATI Iudæ Apostoli. CAPVT. I.



VDAS Iesu Christi seruus, frater A
autem Iacobi:his qui sunt in deo pa-
tre dilectis, & Christo Iesu cōseruatis.
& vocatis, misericordia vobis, & pax,
& charitas adimpleatur. Charissimi,
omnem solicitudinē faciens scribendi
vobis de cōmuni vestra salute, necesse
habui scribere vobis, depcans supcertari semel traditæ B
sanctis fidei. Subintroierunt.n.qdā hoīes (q olim præ-
scripti sunt in hoc iudiciū)impii, dn̄i nostri grām trans-
ferentes in luxuriā, & solū dn̄atorem & dominū nostrū
Nume. Iesum Xp̄m negātes. Cōmonere aūt vos volo, sciētes se
14.f mel oīa, quod Iesus pplm de terra Aegypti saluās, se-
Gene. cundo eos q non crediderunt, pdidit: angelos vero qui
19.e non seruauerunt suū principatū, sed dereliqrunt suum
domiciliū, in iudiciū magni diei, vinculis æternis sub ca
ligine reseruauit. Sicut Sodoma et Gomorha, et finiti-
mæ ciuitates simili mō ex fornicatæ, et abeūtes post car C
Zacha. nem alterā, facti sunt exemplū, ignis æterni pœnā susti
3.a nentes: similiter et hi carnē quidem maculāt, dn̄ationē
Eccl. autem spernunt, maiestatē aūt blasphemāt. Cū Michael
21.d archangelus, cū diabolo disputās altercaretur de Moysi
corpore: nō est ausus iudiciū inferre blasphemiæ, sed di
Gene. xit, Imperet tibi deus, hi aūt quæcunq; qdem ignorāt, D
blasphemant. q̄cunq; aūt naturaliter tāq̄ muta animalia
4.b norunt, in his corrūpūtur. Væ illis, q in via Cain abie-
Nume. runt: et errore Balaam, mercede effusi sunt, et in cōtra-
22.d dictione Chore perierunt. Hi sunt in epulis suis, macu-
Nume. læ cōuiuantes, sine timore, semetipsos pascentes, nubes
16.a sine aqua quæ a vētis circunferuntur, arbores autumna-
les, infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri ma-

ris, despumantes suas confusiones, sidera errantia, qui- 2.pet.
bus procella teneb ra℞ seruata est in æternũ. Propheta- 2.d
uit aũt et de his septimus ab Adã. Enoch. dicens, Ecce Apoc.
venit dñs in sanctis millibus suis, facere iudiciũ contra 1.b
omnes, et arguere oẽs impios de omnibus opibus im-
pietatis eo℞ quibus impie egerunt, et de oĩbus duris q̃
locuti sunt cõtra eum peccatores impii. Hi sunt murmu
ratores, querulosi, scd̃m desideria sua ambulantes, et os
F eo℞ loquitur superbiam, mirantes personas q̃stus causa.
Vos aũt charissimi, memores estote verbo℞ quę p̄dicta
sunt ab apostolis domini nostri Iesu Christi, q dicebant
vobis. Quoniã innouissimis temporibus venient illuso
res, scd̃m desideria sua ambulantes in impietatibus. Hi 1.Tim.
sunt q segregãt semetipsos animales, spiritũ non habẽ 4.a
tes. Vos autẽ charissimi: superædificantes vosmetipsos 2.Tim.
sanctissimæ nostræ fidei: in spiritu sancto orantes: vos- 3.a
metipsos in dilectione Dei seruate: expectantes miseri- 2.Pet.
G cordiã domini nostri Iesu Christi in vitã æternã. Et hos 3.a
qdem arguite iudicatos: illos vero saluate: de igne ra-
pientes. Aliis aũt miseremini in timore: odiẽtes et eam
quæ carnalis est maculatã tunicam. Ei aũt qui potens est
vos conseruare sine peccato: et constituere ante conspe-
ctum gloriæ suæ immaculatos in exultatione in aduen
tu domini nostri Iesu Christi soli deo saluatori nostro p
Iesum Christum dominum nostrum gloria et magni-
ficentia: imperium: et potestas ante omnia secula: et nũc
et in omnia secula seculorum. Amen.

ARGVMENTVM IN APOCA-lypsim Beati Ioannis Apostoli.

APocalipsis Ioannis tot habet sacramẽta: quot ver
ba. Parum dixi et pro merito voluminis laus om
nis inferior est. In verbis singulis multiplices latent in-
telligentiæ.

APOCALIPSIS BEATI IOAN-
nis Apostoli. CAPVT. I.



Pocalypsis Iesu Christi, quā dedit
illi deus palā facere seruis suis quæ A
oportet fieri cito: & significauit mit
tens per angelum suum seruo suo
Ioanni, qui testimonium perhibuit
Col.1.c verbo dei, & testimoniū Iesu Chri-
1.Cor. sti quæcunq; vidit. Beatus qui le-
15.c git & audit verba prophetiæ huius, & seruat ea quæ in
Heb. ea scripta sunt. tempus enim prope est. Ioannes septem
9.d ecclesiis q̄ sunt in Asia, grā vobis & pax ab eo q̄ ē & qui
1.Pe.1.d erat, & qui venturus est, & a septem spiritibus qui in cō
1.Ioan. spectu throni eius sunt, & à Iesu Christo qui est testis fi-
1.d delis primogenitus mortuorum, & princeps regum ter-
Eja.3.c ræ: qui dilexit nos & lauit nos a peccatis nostris in san- B
Mat. guine suo, & fecit nos regnum & sacerdotes deo & pa-
24.c tri suo, ipsi gloria & imperium in secula seculorū. Amē.
Iudæ. Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus,
c.1 & qui eum pupugerunt. Et plangent se super eum om-
nes tribus terræ. etiam, Amen. Ego sum α & ω, prin-
cipium & finis, dicit dominus deus qui est, & qui erat,
& qui venturus est omnipotens. Ego Ioannes frater ve
ster & particeps in tribulatione, & regno, & patiētia in
Christo Iesu, fui in insula, q̄ appellabatur Patmos, pro-
pter verbum dei & testimonium Iesu. Fui in spiritu in
dominica die: & audiui post me vocem magnam tan- C
quam tubæ dicentis, Quod vides, scribe in libro: & mit
te septem ecclesiis, quæ sunt in Asia, Epheso, & Smyr-
næ, & Pergamo, & Thyatiræ, & Sardis, & Philiadel-
phiæ, & Laodiciæ. Et conuersus sum, vt viderem vocē
quæ loquebatur mecum. Et conuersus, vidi septem can
delabra aurea: & in medio septem candelabrorum au-

reorum similem filio hominis, vestitum podere, & præ
cinctum ad mamillas zona aurea. caput autem eius & ca
pilli erant candidi tanquam lana alba, & tanquam nix,
& oculi eius tanquam flamma ignis: & pedes eius simi-
les aurichalco, velut in camino ardenti. & vox illius tan
quam vox aquarum multarum: & habebat in dextera
sua stellas septē. & de ore eius gladius vtraqꝫ parte acu-
tus exibat, & facies eius sicut sol lucet in virtute sua. Et
C cum vidissem eum, cecidi ad pedes eius tanquam mor-
tuus. Et posuit dexteram suam super me, dicens, Noli Esa. 41.
timere: ego sum primus & nouissimus, & viuus: & fui b &
mortuus. & ecce sum viuens in secula seculorū, & ha- 44.a
beo claues mortis & inferni. Scribe ergo quæ vidisti, &
quæ sunt, & quæ oportet fieri post hæc. Sacramentum
septem stellarum, quas vidisti in dextera mea, & septē
candelabra aurea. septem stellæ: angeli sunt, septem ec-
clesiarum. & candelabra septem: septem ecclesiæ sunt.

CAPVT. II.

A ET angelo Ephesi ecclesiæ scribe, Hæc dicit qui te-
net septē stellas in dextera sua, qui ambulat in me
dico septem candelabrorum aureorum. Scio opera tua,
& laborem, & patientiam tuam: & ꝙ non potes susti-
nere malos, & tentasti eos qui se dicunt apostolos esse,
& non sunt, & inuenisti eos mendaces: & patientiā ha-
bes, & sustinuisti propter nomen meū, & non defecisti.
Sed habeo aduersum te pauca, ꝙ charitatem tuam pri-
B mam reliquisti. Memor esto itaqꝫ vnde excideris: & age
pnīam, & prima opa fac. sin autem, venī tibi cito, & mo
uebo candelabꝝ tuū de loco suo nisi, pœnitētiā geris.
Sed hoc habes, qa odisti facta Nicolaitarum, q̄ & ego
odi. Qui habet aurē audiat qd spiritus dicat ecclesiis,
Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradi
C so dei mei. Et angelo Smyrnæ ecclesię scribe. Hæc dicit
primus & nouissimus, qui fuit mortuus & viuit, Scio tuā

ego sum scrutans renes & corda, & dabo vnicuiq; ve-
strum secundum opera sua. Vobis autem dico & cæte- Hie.
G ris qui Thyatiræ estis, Quicunq; non habent doctrinam 17.b
hanc, & qui non cognouerũt altitudinem sathanæ, quẽ
admodum dicunt: non mittã super vos aliud pondus,
tamen id quod habetis, tenete donec veniam. Et qui vi
cerit & custodierit vsq; in finem opera mea: dabo illi po Psal.2.c
testatem sup gẽtes, & reget eas in virga ferrea, & tanq̃
vas figuli confringẽtur, sicut & ego accepi a patre meo:
& dabo illi stellam matutinam. Qui habet aurem, au-
diat quid spiritus dicat ecclesiis.

CAPVT. III.

A ET angelo ecclesiæ Sardis, scribe, Hæc dicit qui ha-
bet septem spiritus dei, & septem stellas. Scio ope-
ra tua, quia nomen habes q viuas & mortuus es. Esto
vigilãs: et cõfirma cætera q̃ moritura erãt. Nõ.n.inueni Infr.16.c
opa tua plena corã deo meo. In mẽte ergo habe, quali 1. Thes.
ter acceperis & audieris: & serua, & pnĩam age. Si ergo 5.a
nõ vigilaueris: veniã ad te tanq̃ fur, & nescies qua hora 2.Pet.
veniã ad te. Sed habes pauca nõia in Sardis, q nõ inqui 3.c
nauerunt vestimenta sua: & ambulabunt mecum in al-
bis, quia digni sunt. Qui vicerit, sic vestietur vestimen-
tis albis, & non delebo nomen eius de libro vitæ, & Esa.22.f
B confitebor nomen eius coram patre meo, & coram an- Iob.12.b
gelis eius. Qui habet aurẽ, audiat quid spũs dicat ecclesi
is. Et angelo Philadelphiæ ecclesiæ scribæ, Hæc dicit
sanctus & verus, q hẽt clauem Dauid: q aperit & nemo
claudit: claudit & nemo aperit. Scio opera tua. Ecce de-
di coram te ostium apertum quod nemo potest claude-
re, quia modicam habes virtutẽ, & seruasti verbũ meũ,
& non negasti nomen meum. Ecce dabo de synanago
ga sathanæ, qui dicunt se Iudæos esse, & nõ sunt, sed
mẽtiuntur. Ecce faciã illos, vt veniãt, & adorẽt ante pe-

des tuos, & scient quia ego dilexi te. quoniam seruasti C
verbum patientiæ meæ, & ego seruabo te ab hora ten-
tationis, quæ ventura est in orbem vniuersum tentaræ
habitantes in terra. Ecce venio cito: tene quod habes, vt
nemo accipiat coronam tuam. Qui vicerit, faciam illum
columnam in templo dei mei, & foras non egredietur
amplius: & scribam super eum nomen dei mei, & no-
men ciuitatis dei mei nouæ Hierusalem, quæ descendit
de cœlo a deo meo, & nomen meum nouum. Qui ha-
bet aurem, audiat quid spiritus dicat ecclesiis. Et ange-
lo Laodiciæ ecclesiæ scribe, Hæc dicit, Amen testis fide
lis & verus, qui est principium creaturæ dei. Scio opera
tua, quod neq; frigidus es, neq; calidus. vtinam frigidus D
esses aut calidus. sed quia tepidus es, & nec frigidus nec
calidus, incipiant te euomere ex ore meo: quia dicis. Di-
ues sum, & locupletatus, & nullius egeo: & nescis q̃a tu
es miser, & miserabilis, & paup, & cæcus, & nudus. Sua
deo tibi emere a me aurum ignitum probatum, vt locu
ples fias & vestimentis albis induaris, vt non appareat
cõfusio nuditatis tuæ & collyrio inunge oculos tuos vt
Pro. 3.b videas. Ego quos amo. arguo & castigo. Aemulare ergo
& pœnitentiam age. Ecce sto ad ostium & pulso. si quis
Heb. 12.b audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam: intra-
bo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Qui vi
cerit, dabo ei sedere mecum in throno meo: sicut & ego
vici, & consedi cum patre meo in throno eius. Qui ha-
bet aurem, audiat quid spiritus dicat ecclesiis.

CAPVT. IIII.

POst hæc vidi: & ecce ostium apertum in cœlo, & A
vox prima quam audiui tanquam tubæ loquen-
tis mecum, dicens, ascende huc, & ostendam tibi quæ
oportet fieri cito. Post hæc, statim fui in spiritu. Et ecce
sedes posita erat in cœlo, & supra sedem, Et qui sede-
bat: similis erat aspectui lapidis, & sardinis, & iris erat
in circumitu

in circumitu sedis similis visioni smaragdinæ. Et in cir-
B cumitu sedis sedilia vigintiquatuor: et supra thronos vi
gintiqua tuor seniores sedẽtes: circũamicti vestimentis
albis: et in capitibus suis corõæ aureæ. Et de throno pro
cedebant fulgura: et voces: et tonitrua: et septem lampa
des ardentes ante thronum quæ sunt septẽ spiritus dei.
Et in conspectu sedis: tanq̃ mare vitreum simile crystal
lo: et in medio sedis et in circumitu sedis: quatuor ani-
C malia plena oculis ante et retro. Et animal primum: si-
mile leoni: et secundum animal: simile vitulo: et tertiũ
animal: habens faciem velut hominis: et quartum ani-
mal: simile aquilæ volanti. Et quatuor animalia singu-
la eorum habebant alas senas in circumitu: et intus ple-
na sunt oculis: et requiem non habent die ac nocte: di-
centia: Sanctus: sanctus: sanctus: dominus deus omnipo Esa.6.a
D tens. qui erat: et qui est: et qui venturus est. Et cum darẽt
illa animalia gloriam et honorem et benedictionem se
denti super thronum: viuenti in secula seculorum: pro-
cidebant vigintiquatuor seniores ante sedẽtem in thro
no: et adorabant viuentem in secula seculorum: et mit
tebant coronas suas ante thronum: dicentes: Dignus es
domine deus noster accipere gloriam et honorem et
virtutem: quia tu creasti omnia: et propter voluntatem
tuam erant et creata sunt.

CAPVT. V.

A ET vidi in dextera sedentis supra thronum: librũ
scriptum intus et foris: signatum sigillis septem.
Et vidi angelum fortem: et prædicantem voce
magna. Qui est dignus aperire librum: et soluere signa-
cula eius? Et nemo poterat neq; in cœlo: neq; in terra:
neque subtus terram aperire librum: neq; respicere illũ.
B Et ego flebam multum: quoniam nemo dignus inuen-
tus est aperire librum: nec videre eum. Et vnus de senio
ribus dicit mihi: Ne fleueris: ecce vicit leo đ tribu Iuda:
radix Dauid: aperire librum et soluere septem signa-

cula eius.Et vidi,& ecce in medio thrōi & quatuor ani-
malium,& in medio seniorum agnum stantem tanquā C
occisum, habētem cornua septem & oculos septem, qui
sunt septem spiritus dei, missi in omnem terram. Et ve-
nit,& accepit de dextera sedentis in throno, librum.Et
cum aperuisset librum, quatuor animalia & vigintiqua-
tuor seniores ceciderunt coram agno, habentes singuli
cytharas,& phialas aureas plenas odoramētorum, quæ
sunt orationes sanctorum,& cantabant canticum nouū
dicentes.Dignus es domine accipere librum & aperire
signacula eius,quoniam occisus es,& redemisti nos deo
in sanguine tuo,ex omni tribu & lingua & populo, &
natione,& fecisti nos deo nostro regnum & sacerdotes,
& regnabimus super terram.Et vidi,& audiui vocē an-
gelorum multorum in circumitu throni & animalium,
& seniorum,& erat numerus eorum millia millium di- D
centium voce magna. Dignus est agnus, qui occisus est,
Dan̄.7.c accipere virtutem,& diuinitatem,& sapientiam,& forti
tudinem,& honorem,& gloriam,& benedictionem.Et
omnem creaturam quæ in cœlo est, & super terram, &
sub terra,& quæ sunt in mari,& quæ in eo omnes audi
ui dicentes.Sedēti in throno,& agno, benedictio & ho
nor & gloria & potestas in secula seculorum.Et quatuor
animalia dicebant.Amē.Et vigintiquatuor seniores ce-
ciderunt in facies suas:& adorauerunt viuentem in secu
la seculorum.

CAP. VI.

ET vidi q aperuisset agnus vnum de septem sigillis
,& audiui vnum de quatuor animalibus,dicens tā- A
quam vocē tonitrui.Veni & vide.Et vidi:& ecce equus
albus,& qui sedebat super illum habebat arcum,& data
est ei corona,& exiuit vincens vt vinceret.Et cum ape-
ruisset sigillum secundum,audiui secundum animal,di
cens.Veni,& vide.Et exiuit alius equus rufus,& qui se-
debat super illum,datum est ei vt sumeret pacem de ter

ra,& vt inuicem se interficiat,& datus est ei gladius ma
B gnus.Et cum aperuisset sigillum tertium, audiui tertiū
animal dicens.Veni:& vide.Et ecce equus niger:& qui
sedebat super illum,habebat stateram in manu sua. Et
audiui tanquam vocem in medio quatuor animalium
dicētem.Bilibris tritici denario vno:& tres bilibres hor
dei denario vno:& vinum & oleum ne læseris. Et cum
aperuisset sigillum quartum,audiui vocem quarti anima
C lis dicentis.Veni,& vide.Et ecce equus pallidus,& qui
sedebat super eum nomen illi Mors,& infernus seque-
batur eum,& data est illi potestas super quatuor partes
terræ,interficere gladio,fame & morte,& bestiis terræ.
Et cum aperuisset sigillum quintum: vidi subtus altare
animas interfectorum propter verbum dei,& propter
testimonium quod habebant,& clamabāt voce magna,
dicentes.Vsquequo domine,sanctus & verus non iudicas
& non vindicas sanguinem nostrum,de his qui habitāt
in terra?Et datæ sunt illis singulæ stolæ albę:& dictum
est illis vt requiescerent adhuc tempus modicum doneç
D compleantur conserui eorum,& fratres eorum qui inter
ficiendi sunt sicut & illi.Et vidi,cum aperuisset sigillum
sextum,& ecce terræmotus magnus factus est,& sol fa-
ctus est niger tanquam saccus cilicinus:& luna tota facta
est sicut sanguis:& stellæ de cœlo ceciderunt super ter-
ram,sicut ficus emittit grossos suos cum à vento magno
mouetur;& cœlum recessit sicut liber inuolutus,& om-
nis mons,& insulæ de locis suis motæ sunt:& reges ter-
ræ,& principes,& tribuni,& diuites,& fortes,& omnis Esa.2.d
seruus,& liber absconderunt se in speluncis & in petris Oseæ.
montium,& dicunt montibus & petris. Cadite super 10.b
nos,& abscondite nos a facie sedentis super thronum, Lucæ
& ab ira agni:quoniam venit dies magnus iræ ipsorum, 23.d
Et quis poterit stare?

CAPVT. VII.

POst hæc vidi quatuor angelos stantes super qua- A
tuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos ter-
ræ ne flarent super terram, neq; super mare: neq; in vllã
arborem. Et vidi alterum angelum ascendentem ab or
tu solis, habẽtem signum dei viui: & clamauit voce ma
gna quatuor angelis: quibus datum est nocere terræ &
mari: dicẽs. Nolite nocere terræ & mari: neq; arboribus:
quoadusq; signemus seruos dei nostri in frontibus suis.
Et audiui numerũ signatorum. cxliiii. millia signati ex
oĩ tribu filiorum Israel. Ex tribu Iuda. xii. millia signati
Ex tribu Rubẽ: duodecim millia signati. Ex tribu Gad:
duodecim millia signati. Ex tribu Aser, duodecim mil- B
lia signati. Ex tribu Neptalim. xii. millia signati. Ex tri
bu Manasse. xii. millia signati. Ex tribu Symeõ. xii. mil-
lia signati. Ex tribu Leui. xii. millia signati. Ex tribu. Isa
char. xii. millia signati. Ex tribu Zabulon: duodecim
millia signati. Ex tribu Ioseph: duodecim millia signa-
ti. Ex tribu Beniamĩ: duodecim millia signati. Post hæc
vidi turbã magnam quã dinumerare nemo poterat, ex
omnibus gentibus & tribubus, & populis & linguis stã
tes ante thronum: & in conspectu agni, amicti stolis al- C
bis, & palmæ in manibus eorum, & clamabãt voce ma
gna, dicentes, salus deo nostro qui sedet super thronũ,
& agno. Et omnes angeli stabant in circumitu throni &
seniorum, & quatuor animalium: & ceciderunt in cõspe
ctu throni in facies suas, & adorauerunt deum, dicẽtes,
Amen. Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarũ
actio, honor & virtus: & fortitudo deo nostro in secula
seculorum. Amen. Et respondit vnus de senioribus: &
dixit mihi. Hi qui amicti sunt stolis albis, q sunt & vñ D
venerunt? Et dixi illi. Domine mi, tu scis. Et dixit mihi,
Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerũt
stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni, ideo

sunt ante thronum dei, & seruiunt ei die ac nocte in tē
B plo eius: & qui sedet in throno, habitabit super illos, nō Esa.49.
esurient neq; sitient amplius, nec cadet super illos sol, c
neq; vllus æstus, quoniam agnus q in medio throni est, Esa.25.
reget illos & deducet eos ad vitæ fontes aquarū, & ab- c
sterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum.

CAPVT. VIII.

A ET cum aperuisset sigillum septimum, factum est si
lentium in cœlo, quasi media hora. Et vidi septem
angelos stantes in conspectu dei, & datæ sunt illis septē
tubæ. Et alius angelus venit, & stetit ante altare habēs
thuribulum aureum: & data sunt illi incensa multa, vt
daret de orationibus sanctorū omnium super altare au-
reum, quod est ante thronum. Et ascendit fumus incen
sorum de orōnibus sanctorū de māu angeli coram deo.
B Et accepit angelus thuribulū aureum: & impleuit illud
de igne altaris, & misit in terrā, & facta sunt tonitrua, et
voces: & fulgura, & terrēmotus magnus. Et septē ange-
li qui hēbant septē tubas, pparauerunt se vt tuba cane-
rent. Et primus angelus tuba cecinit, & facta est grando
& ignis, mixta in sanguine: & missum est in terrā, & ter-
tia pars terræ cōbusta est: & tertia pars arborū cōcrema-
ta est, & oē fœnū viride cōbustū est. Et scd's angelus tu-
C ba cecinit: & tanq̄ mons magnus igne ardens, missus est
in mare, & facta est tertia pars maris sanguis, & mortua
est tertia pars creaturæ eorū q̄ hēant aīas in mari, & ter
tia pars nauium interiit. Et tertius angelus tuba cecinit:
& cecidit de cœlo stella magna ardens tāq̄ facula, & ce-
cidit in tertiā partē fluminū: & i fontes aquarū: & nomē
stellæ dr̄ Absynthiū, et facta est tertia pars aquarū in Ab
D synthiū, & multi hoīum mortui sunt de aq̄s, qa amare
factæ sunt. Et quartus angelus tuba cecinit, & pcussa est
tertia pars solis: et tertia pars lunæ, & tertia pars stellarū
ita vt obscuraretur tertia pars eorū, & diei non luceret

pars tertia, & noctis similiter. Et vidi, & audiui vocem
vnius Aquilæ volantis per medium cœli, dicentis voce
magna. Væ, væ, væ, hītātibus ī terra: de cæteris vocibus
triū angelorū qui erant tuba canituri. CAP. IX.

ET quintus angelus tuba cecinit, & vidi stellam de
cœlo cecidisse in terram, & data est ei clauis putei A
abyssi. Et aperuit puteum abyssi: & ascendit fumus pu-
tei, sicut fumus fornacis magnæ, & obscuratus est sol &
aer de fumo putei. Et de fumo putei exierūt locustæ in
terram, & data est illis potestas, sicut habent potestatem
scorpiones terræ, & præceptum est illis ne læderent fœ-
num terræ neq; omne viride, neq; omnem arborem, ni
si tantum homines qui non habent signum dei in fron B
tibus suis, & datum est illis ne occiderent eos: sed vt cru
ciarentur mensibus quinq;: & cruciatus eorum, vt crucia
Esa.2.d tus scorpii, cum percutit hominē. Et in diebus illis quæ
Osee. rent homines mortem, & non inuenient eam: & deside
10.b. rabunt mori: & fugiet mors ab eis. Et similitudines lo-
Luc.23. custarum similes equis paratis in prœlium: & super capi-
d ta earum tanquam coronæ similes auro: & facies earum
Sap.16.b tanquam facies hominum, & habebant capillos sicut ca
pillos mulierum: & dentes eorum sicut dentes leonum
erant: & habebant loricas sicut loricas ferreas, & vox ala
rum earum sicut vox curruum equorum multorum cur-
rentium in bellum, & habebant caudas similes scor- C
pionum: & aculei erant in caudis earum: & potestas ea-
rum nocere hominibus mensibus quinq;: & habebant
super se regem angelum abyssi, cui nomen Hebraicæ
Abaddō. Græce autem Apollyon: & Latine habens no
men Exterminans. Væ vnum abiit, & ecce veniunt ad-
huc duo væ post hæc. Et sextus angelus tuba cecinit, &
audiui vocem vnam ex quatuor cornibus altaris aurei,
quod est ante oculos dei, dicentem sexto angelo qui ha
bebat tubam. Solue quatuor angelos, qui alligati sūt in

flumine magno Euphrate. Et soluti sunt quatuor ange-
li, qui parati erant in horã & diem & mensem & annũ:
vt occiderent tertiã partẽ hoĩum. Et numerus equestris
exercitus, vicies millies dena millia. Et audiui numerum
eorum. Et ita vidi equos in visione: & qui sedebant super
eos, hẽbant loricas igneas, & hycinthinas & sulphureas
& capita equorum erant tanq̃ capita leonũ: & de ore eorũ
procedit ignis, & fumus, & sulfur. Et ab his tribus plagis
D occisa ẽ tertia pars hoĩum, de igne & de fumo & de sul
fure: quæ ꝓcedebant ex ore ipsorum. Potestas enim equo-
rum in ore eorum est, & in caudis eorum: nam caudæ eorum, si
miles serpentibus, hñtes capita, & in his nocẽt. Et cæte
ri hoĩes qui nõ sunt occisi in his plagis, neq; pñiam ege
runt de opibus manuũ suarum, vt non adorarent dæmõia
& simulacra aurea & argentea & ærea & lapidea & li-
gnea, quæ neq; videre possunt neq; audire, neq; ambu-
lare, & non egerunt pœnitentiam ab homicidiis suis,
neq; a veneficiis suis, neq; a fornicatione sua, neq; a fur
tis suis.

CAP. X.

A ET vidi aliũ angelum fortẽ descendentẽ de cœlo
amictum nube, & iris in capite eius, & facies eius
erat vt sol, & pedes eius tanquam colũna ignis,
& habebat in manu sua libellum apertũ: & posuit pe
dem suum dextrũ super mare, sinistrum aũt super terrã,
& clamauit voce magna, queadmodũ cũ leo rugit. Et cũ
clamasset, locuta sunt septẽ tonitrua voces suas. Et cũ lo
cuta fuissent septem tonitrua voces suas, ego scripturus
B erã: & audiui vocẽ de cœlo dicentẽ mihi. Signa q̃ locu
ta sunt septẽ tonitrua, & noli ea scribere. Et angelus quẽ
vidi stãtẽ sup mare & sup terrã, leuauit manũ suã ad cœ Dañ.12.c
lum, & iurauit per viuentem in secula seculorum, qui
creauit cœlum & ea quæ in eo sunt: & terrã & ea q̃ in ea
C sunt, & mare & ea q̃ in eo sunt. Quia tp̃s nõ erit ampli-
us, sed in diebus vocis septimi angeli: cũ cœpit tuba ca-

nere, consummabitur mysterium dei, sicut euãgelizauit
per seruos suos prophetas. Et audiui vocẽ de cœlo iterũ
loquentem mecum: et dicentem. Vade: & accipe librum
apertum de manu angeli stantis super mare & super ter D
ram. Et abii ad angelum, dicens ei vt daret mihi librũ.
Eze.3.a Et dixit mihi. Accipe librum, & deuora illum, & faciet
amaricari ventrem tuum, sed in ore tuo erit dulce tanq̃
mel. Et accepi librum de manu angeli, & deuoraui illũ:
& erat in ore meo tanq̃ mel dulce, & cũ deuorassem eũ,
amaricatus est venter meus, & dicit mihi. Oportet te ite
rum prophetare gentibus & populis, & linguis, & regi-
bus multis.

CAP. XI.

ET datus est mihi calamus silis virgæ, & dictum A
est mihi. Surge, & metire tẽplum dei, & altare,
& adorantes in eo: atrium aũt quod est intra tẽ
plum, eiice foras, & ne metiaris illud, quoniam datũ est
gentibus, & ciuitatem sanctam calcabunt mensibus qua
draginta duobus, & dabo duobus testibus meis: & pro-
phetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti sac-
cis. Hi sunt duæ oliuæ & duo candelabra in conspectu B
domini terræ stãtia. Et si quis voluerit eos nocere: ignis
exiet de ore eorum, & deuorabit inimicos eorum, & si
quis voluerit eos lædere: sic oportet eum occidi. Hi ha-
bent potestatem claudendi cœlum: ne pluat diebus pro
phetiæ ipsoꝶ, & potestatem habent super aquas conuer
tendi eas in sanguinem, & percutere terram omni plaga
quotienscunq; voluerint. Et cum finierint testimonium
suum: bestia quæ ascendit de abysso, faciet aduersum eos
bellum, & vincet illos: & occidet eos. Et corpora eorum
iacebunt in plateis ciuitatis magnæ: quæ vocatur spiri-
tualiter Sodoma, & Aegyptus: vbi & dominus eorum
crucifixus est. Et videbunt de tribubus & populis: et lin-
guis: et gẽtibus corpora eorum per tres dies et dimidiũ:
et corpora eorum non sinent poni in monumẽtis, et in

habitantes terram gaudebunt super illos:et iocundabū
tur:et munera mittent inuicem:quoniam hi duo pphe-
C tæ cruciauerunt eos qui habitabāt super terram. Et post
dies tres et dimidiū spiritus vitæ a deo intrauit in eos:
et steterunt super pedes suos: et timor magnus cecidit
super eos qui viderunt eos.Et audierunt vocem magnā
de cœlo dicentem eis. Ascendite huc.Et ascenderunt in
cœlum in nube:et viderunt illos inimici eorum.Et in il
la hora factus est terræmotus magnus:& decima pars ci
uitatis cecidit:& odiosa sunt in terræmotu nomina ho-
minum septem millia:& reliqui in timorem sunt missi:
& dederunt gloriam deo cœli. Væ secundum abiit: &
ecce væ tertium veniet cito.Et septimus angelus tuba ce
cinit:& factæ sunt voces magnæ in cœlo dicentes. Fa-
D ctum est regnum huius mundi domini nostri & Christi
eius: & regnabit in secula seculorum.Amen. Et viginti
quatuor seniores qui in conspectu dei sedent in sedibus
suis:ceciderunt in facies suas: & adorauerunt deum: di-
centes. Gratias agimus tibi domine deus noster omni-
C potens qui es:& qui eras:et qui venturus es,quia accepi-
sti virtutem tuam magnam, et regnasti. Et iratæ sunt
gentes,& aduenit ira tua & tempus mortuorum iudi-
cari,et reddere mercedem seruis tuis prophetis,et san-
ctis et timentibus nomen tuum pusillis et magnis:et ex
terminandi eos qui corrumperunt terram. Et apertū est
templum dei in cœlo:et visa est arca testamenti eius in
templo eius,et facta sunt fulgura:et voces: et terræmo-
tus:et grando magna. CAP. XII.

A ET signum magnum apparuit in cœlo: mulier
amicta sole:et luna sub pedibus eius: et in capi
te eius corona stellarum duodecim, et in vtero
habens:et clamat parturiens:et cruciatur vt pariat.Et vi
sum est aliud signū in cœlo:et ecce draco magnus rufus
habens capita septē:et cornua decē: et in capitibus eius

diademata septem, & cauda eius trahebat tertiam par- B
tem stellarum cœli:et misit eas in terram. et draco ste-
tit ante mulierem quæ erat paritura: vt cum pepe-
risset:filium eius deuoraret. Et peperit filium masculum:
qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea: et ra-
ptus est filius eius ad deum et ad thronum eius: et mu-
lier fugit in solitudinem: vbi habebat locum paratum à
deo vt ibi pascat eam diebus mille ducentis sexaginta.
Et factum est prælium magnum in cœlo: Michael et
angeli eius præliebantur cum dracone: et draco pugna
bat et angeli eius:et non valuerunt: neq; locus inuen-
tus est eorum amplius in cœlo.et proiectus est draco il-
le magnus:serpẽs antiquus:qui vocatur diabolus et sa-
thanas:qui seducit vniuersum orbẽ: et proiectus est in
terram:et angeli eius cum illo missi sunt. Et audiui vo-
cem magnam in cœlo dicentem: Nunc facta est salus C
et virtus:et regnum dei nostri: et potestas Christi eius:
quia proiectus est accusator fratrum nostrum: qui accu-
sabat illos ante conspectum dei nostri, die ac nocte. Et
ipsi vicerunt eum propter sanguinẽ agni:et propter ver
bum testimonii sui: et non dilexerunt animas suas vsq;
ad mortem:propterea lætamini cœli: et qui habitatis
in eis: væ terræ:et mari: quia descendit diabolus ad vós
habens iram magnam: sciens quod modicum tempus
habet. Et postquam vidit draco quod proiectus esset in ter D
ram persecutus est mulierem quæ peperit masculum. &
datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ: vt volaret
in desertum in locum suum vbi alitur per tempus & tẽ
pora & dimidium temporis à facie serpentis. Et misit
serpens ex ore suo post mulierem, aquam tanquam flu-
mẽ:vt eam faceret trahi à flumine. Et adiuuit terra mu
lierem: & aperuit terra os suum: & absorbuit flumen
quod misit draco de ore suo. Et iratus est draco in mu-
lierem: & abiit facere prœlium cum reliquis de semine

eius qui custodiunt mandata dei: & habent testimoniū
Iesu Christi. Et stetit supra arenam maris.

CAP. XIII.

A ET vidi de mari bestiam ascendentem habentem capita septem, & cornua decem, & super cornua eius, decem diademata, & super capita eius nomi na blasphemiæ. Et bestia quam vidi, similis erat pardo, & pedes eius sicut pedes vrsi, & os eius sicut os leonis. Et dedit illi draco virtutem suam & ptātem magnā. Et vidi vnum de capitibus suis quasi occisum in mortem: & plaga mortis eius curata est. Et admirata est vniuersa terra post bestiam. Et adorauerunt draconem qui dedit potestatem bestiæ, & adorauerunt bestiā: dicentes. Quis
B similis bestiæ? & quis poterit pugnare cum ea? Et datū est ei os loquēs magna & blasphemias, & data est ei po testas facere menses quadragintaduos. Et aperuit os suum in blasphemias ad deum blasphemare nomen eius, & tabernaculum eius, & eos qui in cœlo habitāt. Et est datum illi bellum facere cum sanctis: & vincere eos. Et data est illi potestas in omnem tribum, & populum, & linguam, & gentē, & adorauerunt eā oēs qui habitabāt terram, quorū non sunt scripta noīa in libro vitæ agni, qui occisus est ab origine mundi. Si qs habeat aurē audi
C at. Qui in captiuitatē duxerit in captiuitatē vadet, q in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi. Hic est patientia & fides sanctorū. Et vidi aliam bestiā ascendentē de terra & habebat cornua duo similia agni, & loquebatur sicut draco. Et potestatē prioris bestie oēm faciebat in cōspectu eius: & fecit terrā & habitantes in ea, adorare bestiā primā, cuius curata est plaga mortis. Et fecit signa magna, vt etiā ignē faceret de cœlo descēdere i terram in cōspectu hoium. Et seduxit hītantes in terra pp
D signa quæ data sunt illi facere in cōspectu bestiæ, dicens habitantibus in terra, vt faciant imaginem bestiæ, q̄ hēt

Ge.9.a Mat.26.c

plagam gladii, & vixit. Et datum est illi vt daret spiritũ
imagini bestiæ. & vt loquatur imago bestiæ: & faciet vt C
quicũq; non adorauerint imaginẽ bestiæ, occidãtur. Et fa
ciet oẽs pusillos, & magnos, & diuites, & pauperes, & li
beros, & seruos habere characterẽ in dextera manu sua,
aut in frõtibus suis. & ne quis posset emere, aut vẽdere.
nisi q habeat characterem aut nomen bestiæ, aut nume
rum nominis eius. Hic sapientia est. Qui habet intelle-
ctum computet numerum bestiæ. Numerus enim ho-
minis est: et numerus eius sexcenti sexagintasex.

CAPVT. XIIII.

ET vidi, & ecce agnus stabat supra montẽ Sion,
& cum eo centum quadraginta quatuor millia A
habentes nomen eius, & nomẽ patris eius scri-
ptum in frontibus suis, Et audiui vocem de cœlo, tanq̃
vocem aquarũ multarum, & tanquã vocẽ tonitrui ma-
gni: & vocẽ quam audiui, sicut citharœdorũ citharizã-
tiũ in citharis suis. Et cantabãt quasi cãticũ nouũ ante se
dẽ & añ quatuor aĩalia, & seniores: & nemo poterat di D
cere canticũ, nisi illa centũ quadragintaquatuor millia, q
empti sunt de terra. Hi sunt q cum mulieribus nõ sunt
coinquinati. virgines. n. sunt. Hi sequuntur agnũ quocũq; B
ierit. Hi empti sunt ex hoĩbus primitiæ deo & agno: &
in ore eorũ non est inuentũ mendatium. Sine macula. n.
sunt ante thronũ dei. Et vidi alterum angelũ volantem
per mediũ cœli, habentem euangelium æternũ, vt euã-
gelizaret sedentibus super terram, & super omnẽ gẽtẽ,
& tribũ, & linguã, & pplum, dicens magna voce, Time
Psal. te dñm, & date illi honorẽ, q̃a venit hora iudicii eius:
145.a & adorate eũ, q fecit cœlũ & terrã, mare & fontes aqua A
Ac.14.c rũ. Et alius angelus secutus est. dicẽs, Cecidit cecidit Ba
Esa.21.c bylon illa magna: q̃ a vino ire fornicatiõis suæ potauit
Hie.51. oẽs gentes. Et tertius angelus secutus est illos, dicẽs vo-
ce magna. Si quis adorauerit bestiam & imaginem eius

& acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua:
& hic bibet de vino iræ dei, quod mixtum est mero in
C calice iræ ipsius: & cruciabitur igne & sulfure in conspe
ctu angelorum sanctorum, & ante conspectum agni. &
fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculo-
rum: nec habent requiem die ac nocte, qui adorauerunt
bestiam & imaginem eius, & si quis acceperit characte-
rem nominis eius. Hic patientia sanctorum est, qui custo
diunt mandata dei & fidem Iesu. Et audiui vocē de cœ
lo dicentem mihi, Scribe, Beati mortui qui in domino
moriuntur. Amodo iam dicit spiritus, vt requiescāt a la-
boribus suis, opa.n.illoꝝ sequūtur illos. Et vidi, & ecce
nubē cādidā et sup nubē sedentem similē filio hoīs, ha
bentem in capite suo coronam auream, & in manu sua Mat.13.
falcem acutam. Et alius angelus exiuit de tēplo clamās e
voce magna ad sedentem super nubem. Mitte falcem Ioel.3.c
tuam & mete, quia venit hora vt metatur, quoniā aruit
messis terræ. Et misit qui sedebat super nubem, falcem
D suam in terram: & demissuit eam. Et alius angelus exi-
uit de templo ꝙ est in cœlo: habens & ipse falcem acu-
tam. Et alius angelus exiuit de altari, qui habebat pote
statem supra ignem: & clamauit voce magna ad eū qui
habebat falcem acutam, dicens, Mitte falcem tuam acu
tam, & vindemia botros vineæ terræ: quoniam maturæ
sunt vuæ eius. Et misit angelus falcem suam acutam in
terram, & vindemiauit vineam terræ, & misit in lacum
iræ dei magnum: & calcatus est lacus extra ciuitatem: &
exiuit sanguis đ lacu vsq; ad frenos equorum per stadia
mille sexcenta.

CAPVT. XV.

A ET vidi aliud signum in cœlo magnum & mirabi-
le: angelos septem, habentes plagas septem nouissi
mas. quoniā in illis consumata est ira dei. Et vidi tāq̄
mare vitreum mixtum igne, & eos qui vicerunt bestiā
& imaginem eius & numerum nominis eius stantes su-

per mare vitreum, hñtes citharas dei: & cantantes can- B
Hie.10.a ticum Moysi serui dei, & canticum agni, dicentes, Magna & mirabilia sunt opera tua domine deus omnipotens: iustæ & veræ sunt viæ tuæ rex seculorum. Quis nõ timebit te domine, & magnificabit nomen tuum? quia solus pius es, quoniam omnes gentes venient, & adora C bunt in conspectu tuo, quoniam iudicia tua manifesta sunt. Et post hæc vidi, & ecce apertum est templum tabernaculi testimonii in cœlo & exierunt septem angeli, habentes septem plagas, de templo: vestiti lapide mũdo & cãdido, & præcincti circa pectora zonis aureis. Et D vnum de quatuor animalibus, dedit septem angelis septem phialas aureas: plenas iracundiæ dei viuentis in secula seculorum. Et impletum est templum dei fumo à maiestate dei, & de virtute eius: & nemo poterat introire in templum donec consummarentur septem plagæ septem angelorum.

CAPVT. XVI.

ET audiui vocem magnã de templo, dicentem septẽ ãgelis, Ite, & effundite septẽ phialas irę dei ĩ A terram. Et abiit primus angelus, & effudit phialã suam in terram: & factum est vulnus sæuum & pessimũ in homines q habebant characterẽ bestiæ, & in eos qui adorauerunt bestiam & imaginem eius. Et secundus angelus effudit phialam suam in mare, & factus est sanguis tanq̃ mortui, & omnis anima viuẽs, mortua est in mari. Et tertius effudit phialam suam super flumina & sup fontes aquarum: & factus est sanguis. Et audiui angelũ aquarum dicentem, Iustus es domine, qui es, & qui eras sanctus: qui hoc iudicasti: quia sanguinem sanctorum & prophetarum effuderunt, & sanguinem eis dedisti bibere, digni enim sunt. Et audiui alterum dicentem. Etiam domine deus omnipotens, vera & iusta iudicia tua. Et quartus angelus effudit phialam suam in solem & datũ est illi æstu affligere homines & igni, & æstuauerunt ho B

mines æstu magno, & blasphemauerunt nomen dei ha
bentis potestatem super has plagas:neq; egerunt pœni
tentiam, vt darent illi gloriam. Et quintus angelus effu-
dit phialam suam super sedem bestiæ:& factum est re-
gnum eius tenebrosum, & cõmanducauerũt linguas su-
as præ dolore:& blasphamerunt deum cœli præ dolori-
bus & vulneribus suis, & non egerunt pœnitentiam ex
C operibus suis. Et sextus angelus effudit phialam suam I
flumen illud magnum Euphraten, & siccauit aquã eius,
vt præpararetur via regibus ab ortu solis, Et vidi de ore
draconis, & de ore pseudo prophetæ exire spiritus tres
immundos in modũ ranaꝝ. Sunt enim spiritus dæmo-
nioꝝ facientes signa, & procedũt ad reges totius terræ
cõgregare illos in prœlium ad diem magnum omnipo-
tentis dei. Ecce venio sicut fur. Beatus qui vigilat & cu- Sup.3.a
stodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant tur Mat.
pitudinem eius. Et congregabit illos in locũ qui voca- 24.
D tur Hebraicæ Armageddon. Et septimus angelus effu- Luc.12.c
dit phialã suã in aerẽ, & exiuit vox magna de templo 1.Cor.5.
a throno dicens. Factũ est. Et facta sunt fulgura, & voces a
& tonitrua, & terræmotus factus est magnus qualis nũq̃
fuit, ex quo hoĩes fuerũt super terram, talis terræmotus
sic magnus. Et facta est ciuitas magna in tres partes, &
ciuitates gentiũ ceciderũt. Et Babylon magna venit in
memoriã ante deũ, dare illi calicẽ vini indignatiõis iræ
eius. Et oĩs insula fugit, & mõtes nõ sunt inuẽti. Et gran
do magna sicut talentũ, descẽdit de celo ĩ hoĩes: & blas
phemauerũt deũ hoĩes pp plagã grandinis, qm̃ magna
facta est vehementer. CAP. XVII.

A ET venit vnus de septẽ ãgelis q hẽbãt septẽ phia
las, & locutus est mecũ, dicẽs. Veni: & ondã tibi
dãnationẽ meretricis magnæ q̃ sedet sup aquas
multas cum qua fornicati sunt reges terræ, & inebriati
sunt qui inhabitabãt terram de vino prostitutionis eius.

Et abstulit me in spiritu in desertum. Et vidi mulierem
sedentem super bestiam coccineam: plenam nominibus
blasphemiæ: habētem capita septem: et cornua decem.
Et mulier erat circundata purpura et coccino: et inaura
ta auro et lapide precioso: et margaritis: habens poculū
aureum in manu sua: plenum abominatione et immun A
ditia fornicationis suæ. Et in fronte eius nomen scriptū
mysterium. Babylon magna: mater fornicationum et B
abominationum terræ. Et vidi mulierē ebriam de san
guine sanctorum: et de sanguine martyrum Iesu. Et mi
ratus sum cum viderem illam admiratione magna. Et
dixit mihi angelus. Quare miraris? Ego dicam tibi sa-
cramentum mulieris, et bestiæ quæ portat eam: quæ ha B
bet capita septem et cornua decem. Bestia quā vidisti:
fuit: et non est: et ascensura est de abysso: et in interitum
ibit: et mirabuntur inhabitantes terram (quorū nō sunt
scripta nomina in libro vitæ a constitutione mundi vi
dentes bestiam quæ erat et nō est. Et hic est sensus: qui C
habet sapientiam. Septem capita: septem montes sunt:
super quos mulier sedet: et reges septem sunt. Quinque C
ceciderunt: vnus est: et alius nondum venit: et cum ve-
nerit: oportet illum breue tēpus manere. Et bestia quæ
erat et non est: et ipsa octaua est: et de septem est: et in
interitum vadit. Et decem cornua quæ vidisti: decem re
ges sunt: qui regnum nondum acceperunt: sed potesta-
tem tanq̄ reges vna hora accipiēt post bestiam. Hi vnū
consilium habent: et virtutem: et potestatem suam be- D
stiæ tradent. Hi cum agno pugnabunt: et agnus vincet
illos: quoniam dominus dominorum est: et rex regum:
Ti.6.c et qui cum illo sunt vocati: et electi et fideles. Et dixit
Inf.19.c mihi. Aquæ quas vidisti vbi meretrix sedet: populi sunt:
et gentes: et linguæ. Et decem cornua quæ vidisti in D
bestia: hi odient fornicariam: et desolatam facient illam
et nudam: et carnes eius mādúcabūt: et ipsam igni con
cremabunt

cremabunt. Deus enim dedit in corda eorum, vt faciant
qđ placitum est illi: vt dent regnum suũ bestię, donec cõ
sumentur verba dei. Et mulier quã vidisti, est ciuitas ma-
gna, q̃ hẽt regnũ sup reges terræ. CAP. XVIII.

A ET post hæc vidi aliũ angelũ descendentẽ de cœlo:
hñtẽ ptãtẽ magnã, & terra illuminata est a gloria
eius. Et exclamauit in fortitudine dicens. Cecidit cecidit Esa.21.c
Babylon magna: & facta ẽ habitatio dæmonio℞, & cu Hier.
stodia oĩs spũs immundi, & custodia oĩs volucris imũdæ 51,a
& odibilis, qa de vino iræ fornicationis eius biberũt oẽs
gentes, & reges terræ cũ illa fornicati sunt: & mercatores
terræ de virtute delicia℞ eius diuites facti sunt. Et audi
B ui aliã vocẽ de cœlo dicentẽ. Exite de illa ppls meus: vt
ne participes sitis delicto℞ eius, & de plagis eius non ac
cipiatis. Quoniã puenerunt pctã eius vsq; ad cœlũ, & re
cordatus est dñs iniqtatũ eius. Reddite illi sicut & ipsa
reddidit vobis: & duplicate duplicia scdm opa eius. In
C poculo quo miscuit vobis: miscete illi duplũ. Quantum
glorificauit se, & in delitiis fuit: tm̃ date illi tormentũ &
luctũ, qa in corde suo dicit. Sedeo regina: & vidua nõ sũ Esa.46.
& luctũ non videbo. Ideo in vna die veniẽt plagæ eius b
mors, & luctus, & fames, & igne cõburetur: qa fortis est
deus q iudicabit illã. Et flebunt, & plangent se sup illam
reges terræ, qui cũ illa fornicati sunt, & in delitiis vixe-
runt, cũ viderint fumũ incẽdii eius longe stantes pp ti-
morem tormẽto℞ eius, dicentes. Væ væ ciuitas illa ma
gna Babylon, ciuitas illa fortis: qm̃ vna hora venit iudi-
cium tuũ. Et negociatores terræ flebunt, & lugebunt su-
per illam: qm̃ merces eo℞ nemo emet amplius, merces
auri & argenti & lapidis ptiosi, & margaritæ, & byssi, &
purpuræ: & serici, & cocci, & oẽ lignum thymum, & oĩa
D vasa eboris, & oĩa vasa de lapide ptioso & ærametõ, &
ferro: & marmore, & cinamomũ, & amomũ, & odoramẽ
to℞, & vnguenti, & thuris, & vini, & olei, & similæ, &

tritici, & iumentorum, & ouium, & equorum, & rheda-
rum, & mancipiorum, & animarum hominum. Et po-
ma desiderii animæ tuæ discesserunt a te: & omnia pin
guia & præclara perierunt a te, & amplius illa iam non
inuenient mercatores horum, qui diuites facti sunt: ab
ea longe stabunt, propter timorem tormentorum eius
flentes, ac lugentes, & dicentes, Væ væ ciuitas illa ma-
gna, quæ amicta erat bysso, & purpura, & cocco, & deau
rata erat auro, & lapide pretioso, & margaritis: quoniã
vna hora destitutæ sunt tantæ diuitiæ: & omnis guber
nator, & omnes qui in lacum nauigant, & nautæ, & qui
in mari operãtur, longe steterunt, & clamauerunt vidẽ-
tes locum incendii eius, dicentes. Quæ similis ciuitati B
huic magne? Et miserunt puluerem super capita sua: &
clamauerunt flentes, & lugentes, dicentes, Væ væ ciui-
tas illa magna, in qua diuites facti sunt omnes qui ha-
bebãt naues in mari de pretiis eius: qm̃ vna hora desola
ta est. Exulta sup eam cælũ & sancti apostoli & pphete:
qm̃ iudicauit deus iudicium vestrum de illa. Et sustulit
vnus angelus fortis lapidẽ quasi molarem magnum, &
misit in mare, dicẽs. Hoc impetu mittetur Babylon ci-
uitas illa magna: & vltra iã nõ inuenietur. Et vox citha D
rœdorum & musicorum & tibia canentiũ & tuba, non
audietur in te amplius: & omnis artifex omnis artis
non inuenietur in te amplius: & vox molæ non audie-
tur in te amplius, & lux lucernæ non lucebit in te am-
plius, & vox sponsi & sponsæ nõ audietur adhuc in te:
quia mercatores tui erant principes terræ: quia in vene-
ficiis tuis errauerunt omnes gentes. Et in ea sanguis
prophetarum & sanctorum inuentus est: & omnium q
interfecti sunt in terra.

CAPVT XIX.

POst hæc audiui quasi vocẽ turbarũ multarũ in cæ-
lo dicentiũ, Alleluia. Laus & gloria, & virtus deo A

nſo eſt, quia vera & iuſta iudicia ſunt eius qui iudicauit de meretrice magna, quæ corrupit terrã in proſtitutione ſua, & vindicauit ſanguinem ſeruoꝝ ſuoꝝ de manibus eius. Et iteꝝ dixerunt, Alleluia. Et fumus eius aſcẽdit in ſecula ſeculoꝝ. Et ceciderunt ſeniores vigintiquatuor & quatuor aĩalia, & adorauerunt deũ ſedentẽ ſup thronũ, dicentes, Amen alleluia. Et vox de throno exiuit, dicens, Laudẽ dicite deo noſtro oẽs ſancti eius: & q timetis eum puſilli & magni. Et audiui quaſi vocẽ turbæ magnæ, & ſicut vocem aquarum multarum, & ſicut vocem tonitruoꝝ magnorum, dicentium, Alleluia: qm̃

B regnauit dominus deus noſter oĩpotens. Gaudeamus & exultemus & demus gloriã ei: quia venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit ſe. Et datũ eſt illi vt cooperiat ſe byſſino ſplẽdenti & cãdido. Byſſinũ enim: iuſtificationes ſunt ſanctoꝝ. Et dixit mihi, Scribe, Beati qui ad cœnã nuptiarũ agni vocati ſunt. Et dicit mihi, Hæc verba dei, vera ſunt. Et cecidi ante pedes eius, vt adorarem eum. Et dicit mihi, Vide ne feceris. conſeruus tuus ſum & fratrũ tuorum habẽtium teſtimonium Ieſu. Deũ adora. Teſtimonium enim Ieſu, eſt ſpiritus prophetiæ. Mat.22. a Luc.14. d

C Et vidi cœlum apertum, & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eũ, vocabatur Fidelis & verax, & cũ iuſtitia iudicat & pugnat. Oculi aũt eius ſicut flãma ignis: & in capite eius diademata multa habẽt nomen ſcriptũ, quod nemo nouit niſi ipſe. Et veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine: & vocabatur nomen eius, Verbum dei. Et exercitus qui ſunt in cœlo, ſequebantur eum in equis albis, & veſtiti byſſino albo & mundo. Et de ore eius procedit gladius ex vtraq; parte acutus: vt in ipſo percutiat gentes. Et ipſe reget eas in virga ferrea: & ipſe calcat torcular vini furoris iræ dei omnipotentis. Et habet in veſtimento & in fœmore ſuo ſcriptum, Rex regum & dominus dominantium. Et vidi vnum ange- Eſa.63.a Pſal.2.c Supr.17. d 1.tim.6.c

lum stantē in sole, & clamauit voce magna dicens omni
bus auibus quæ volabant per medium cœli: Venite & D
congregamini ad cœnam magnam dei: vt manducetis
carnes regum, & carnes tribunorum, & carnes fortium,
& carnes equorum, & sedentium in ipsis, & carnes om-
nium liberorum & seruorum, & pusillorum & magno-
rum. Et vidi bestiam & reges terræ, & exercitus eorum
congregatos ad faciendum prœlium cum illo qui sede-
bat in equo & cum exercitu eius. Et apprehensa est be-
stia: & cum ea pseudo propheta: qui fecit signa corā ipso:
quibus seduxit eos qui acceperunt characterem bestiæ,
& qui adorauerunt imaginem eius. Viui missi sunt hi
duo in stagnum ignis ardentis sulphuræ, & cæteri occisi
sunt in gladio sedētis super equum, qui procedit de ore
ipsius, & omnes aues saturatæ sunt carnibus eorum.

CAP. XX.

ET vidi angelum descendentem de cœlo, haben- A
tem clauem abyssi, & cathenam magnam in ma-
nu sua. Et apprehēdit draconem serpentem antiquum,
qui est diabolus & sathanas, & ligauit eum per annos
mille, & misit eum in abyssum: & clausit, & signauit su-
per illum vt non seducat amplius gentes, donec cousum
mentur mille anni: & post hoc oportet illum solui mo-
dico tempore. Et vidi sedes & sederunt super eas, & iu-
dicium datum est illis, & animas decollatorum propter B
testimonium Iesu, & propter verbum dei: & qui nō ado
rauerunt bestiam, neq; imaginem eius: nec acceperunt
characterem eius in frontibus aut in manibus suis, & vi
xerunt & regnauerunt cum Christo mille annis. Cæteri
mortuorum non vixerunt, donec consummentur mille
anni. Hæc est resurrectio prima. Beatus et sanctus qui ha
bet partem in resurrectione prima: in his secunda mors C
Eze.3. non habet potestatem: sed erunt sacerdotes dei et Chri
et.39.a sti et regnabunt cum illo mille annis. Et cum consum-

mati fuerint mille anni, soluetur sathanas de carcere suo:
D & exibit & seducet gentes quæ sunt super quatuor angu
los terræ: Gog & Magog: & congregabit eos in prœliũ:
quorum numerus est sicut arena maris. Et ascenderunt
D super latitudinem terræ, & circumierunt castra sanctorũ.
& ciuitatem dilectam. Et descendit ignis à deo de cœlo,
& deuorauit eos, & diabolus qui seducebat eos: missus
est in stagnum ignis & sulphuris, vbi et bestia et pseudo
propheta cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum.
Et vidi thronum magnum candidum et sedentem super eum, a cuius conspectu fugit terra et cœlum, et locus non est inuentus eis. Et vidi mortuos magnos, et pusillos stantes in conspectu throni, et libri aperti sunt: et alius liber apertus est, qui est vitæ: et iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum et dedit mare mortuos qui in eo erant, et mors et infernus dederunt mortuos suos qui in ipsis erant: et iudicatũ est de singulis secundum opera ipsorum. Et infernus et mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secũda. Et qui non inuentus est in libro vitæ scriptus: missus est in stagnum ignis.

CAP. XXI.

A ET vidi cœlum nouum, et terram nouam. Primũ enim cœlum, et prima terra abiit, et mare iam nõ est. Et ego Ioannes vidi sanctam ciuitatem Hierusalem nouam, descendẽtem de cœlo, à deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo. Et audiui vocem magnam de throno dicentem. Ecce tabernaculum dei cum hominibus: et habitabit cũ eis, et ipsi populus eius erũt: et ipse deus cum eis erit eorum deus, et absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum, et mors vltra non
B erit, neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit vltra, quæ prima abierunt. Et dixit qui sedebat in throno. Ecce noua facio omnia. Et dixit mihi. Scribe, quia hæc verba fidelissima sunt et vera. Et dixit mihi. Factum est. Ego

Esa.65. et.66. g 2.Pe.3.c Esa.25.c Esa.43.e 2.Cor.5. d

sum α & ω: initium & finis. Ego sitienti dabo de fonte
aquæ viuæ gratis. Qui vicerit, possidebit hæc: & ero illi
deus, & ille erit mihi filius. Timidis autem & icredulis,
& execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis
& idolatris, & omnibus mendacibus pars illorum erit
in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secun C
da. Et venit vnus de septem angelis habentibus phia-
las plenas septem plagis nouissimis, & locutus est mecũ
dicens. Veni, & ostendam tibi sponsam, vxorem agni.
& sustulit me in spiritu in montem magnum & altum:
& ostendit mihi ciuitatem sanctam Hierusalem, descen
dentem de cœlo à deo, habentem claritatem dei, & lu
men eius simile lapidi pretioso tanquam lapidi iaspidis
sicut crystallum. Et habebat murum magnum & altum D
habentem portas duodecim: & in portis, angelos duo-
decim, & nomina iscripta, quæ sunt nomina duodecim
tribuum filiorũ Israel. Ab oriente, portæ tres & ab aqui
lonæ, portæ tres: & ab austro, portæ tres: & ab occasu,
portæ tres. Et murus ciuitatis habens fundamenta duo
decim: & in ipsis duodecim, noĩa duodecim apostolorũ
agni. Et qui loquebatur mecum, habebat mensurã arun
dineam auream vt metiretur ciuitatem & portas eius,
& murum. Et ciuitas in quadro posita est, & longitudo E
eius tanta est quanta & latitudo: & mensus est ciuitatẽ
de arundine aurea per stadia duodecim millia: & longi-
tudo & altitudo & latitudo eius æqualia sunt. Et men-
sus est murum eius centum quadraginta quatuor cubito
rum: mensuram hominis quæ est angeli. Et erat structu-
ra muri eius ex lapide iaspide: ipsa vero ciuitas aurũ mũ-
dum, simile vitro mundo. Et fundamenta muri ciuitatis
omni lapide pretioso ornata. Fundamentum primum,
iaspis, secundum, sapphirus, tertium, calcedonius: quartũ F
smaragdus, quintum: sardonix, sextum, sardius, septimũ:,
chrysolitus, octauum, beryllus, nonum, topazius, deci-

mum:chrysopassus, vndecimum, hyacinthus, duodeci
mum, amethystus. Et duodecim portæ, duodecim mar-
garitæ sunt, per singulas:& singulæ portæ, erant ex sin
gulis margaritis,& platea ciuitatis aurum mundum:tan
quam vitrum perlucidum. Et templum non vidi in ea.
G Dñs enim deus omnipotens templū illius est & agnus.
Et ciuitas non eget sole neq; luna, vt luceant in ea, Esa.60
nam claritas dei illuminabit eā.& lucerna eius ē agnus. d
Et ambulabunt gentes in lumine eius:& reges terræ af-
ferrēt gloriam suam & honorem in illam. Et portæ eius
non claudentur per diem, nox enim non erit illic. Et af Esa.60
ferent gloriam & honorem gentium in illam. Non in- c
trabit in eam aliquod coinquinatum, aut abominatio-
nem faciens & mendatium, nisi qui scripti sunt in libro
vitæ agni.

CAP. XXII.

A ET ostendit mihi fluuium aquæ viuæ, splendidū
tanquam chrystallum, procedentem de sede dei
& agni. In medio plateæ eius:& ex vtraq; parte
fluminis, lignum vitæ, afferens fructus duodecim. per
menses singulos reddens fructum suum, & folia ligni
ad sanitatem gentium. Et omne maledictum, non erit
amplius:sed sedes dei & agni in illa erunt, & serui eius
seruient illi. Et videbunt faciem eius:& nomen eius in
frontibus eorum. Et nox vltra non erit:& non egebunt Esa.60
lumine lucernæ, neq; lumine solis, qm̄ dn̄s deus illumi- d
nabit illos,& regnabūt in secula seculo℞. Et dixit mihi.
B Hæc verba fidelissima sunt & vera. Et dn̄s deus spūum
ꝓpheta℞ misit angelum suū ostēdere seruis suis:q̄ opor
tet fieri cito. Et ecce venio velociter. Beatus q̄ custodit
verba ꝓphetiæ libri huius. Et ego Ioānes qui audiui, &
vidi hæc. Et postq̄ audissem & vidissem, cecidi vt adora
rem ante pedes angeli, q̄ mihi hæc ostendebat: & dixit
C mihi. Vide ne feceris, cōseruus.n.tuus sum, & frat℞ tuo
rum ꝓpheta℞,& eorū qui seruant verba ꝓphetiæ libri

huius.Deum adora.Et dicit mihi. Ne signaueris ver-
ba prophetiæ libri huius:tempus enim prope est. Qui
nocet:noceat adhuc:& qui in sordibus est,sordescat ad
Esa.41. huc,& qui iustus est:iustificetur adhuc,& sanctus, sancti
b.et.44. ficetur adhuc.Ecce venio cito,& merces mea mecum est
a reddere vnicuiqꝫ secundum opera sua. Ego sum α & ω,
primus & nouissimus,principium & finis. Beati qui la-
uant stolas suas in sanguine agni, vt sit potestas eorum
in ligno vitæ,& per portas intrent in ciuitatem . Foris
canes & venefici,& impudici,et homicidæ, et idolis ser
uientes,et omnis qui amat et facit mendatium. Ego Ie-
sus misi angelum meum, testificari vobis hæc in ecclesi-
is.Ego sum radix et genus Dauid,stella splēdida et ma-
tutina.Et spiritus et sponsa dicunt. Veni. Et qui audit:
Esa.55. dicat. Veni.Et qui sitit,veniat,et qui vult: accipiat aquā
a vitæ gratis. Contestor enim omni audienti verba pro- D
phetiæ libri huius. Si quis apposuerit ad hæc : apponet
deus super illum plagas scriptas in libro isto . Et si quis
diminuerit de verbis libri prophetiæ huius: auferret de
us partem eius de libro vitæ,et de ciuitate sancta, et de
his quæ scripta sunt in libro isto, dicit qui testimonium
perhibet istorum.Etiam venio cito.Amen.
Veni domine Iesu. Gratia domini nostri Iesu Christi
cum omnibus vobis. Amen.

INDEX EPISTOLARVM

& Euangelioꝝ quæ e veteri et nouo testamento excerpta in templis, dñicis et aliis festis diebus legũtur, iuxta consuetudinem ecclesie Parisiensis et Romanæ. In quo animaduerte signatũ epĺæ, aut euangelii principium tm̃ et subinde quod finẽ illoꝝ consequitur. Præterea R literam (quæ vsum Romanũ significat) epistolæ aut euangelio præpositam esse, quando non conueniunt.

ADVENTVS.

Euang.Cũ aũt ieiunatis Lucerna corporis.Matth.6.b c

Feria quinta in capite ieiunii.

Epist.In diebus illis ægrotauit Ezechias. Hoc autem ti bierit.Esa.38.a Euang.Cum autem introisset Caph. Et cum venisset Iesus in do.Matth.8.a.

Feria sexta in capite ieiunii.

Epist.Clama.ne cesses.Si abstuleris.Esa.58.a

Euang.Audistis quia dictum est.Diliges proximum.Et cum oratis.Matth.5.g.6.a

Sabbato in capite ieiunii.

Epist.Si abstuleris de medio tui etc.vsq; ad finem capitis.Esa.58.c Euang.Et cum sero factum esset:ad finẽ vsq; capitis.Mar.16.g

¶ Dominica prima in quadragesima.

Epist.Adiuuãtes aũt exhortamur.Os nrm.2.Cor.6.a

Euãg.Tũc Iesus ductus ẽ.Cũ ãt audisset Iesus.Mat.4.a

Feria secunda.

Epist.Ecce ego ipse sup past.Vos aũt greges.Ezec.34.c

Euang.Cum autem venerit filius hominis etc.ad finem vsq; capitis.Matth.25.c

Feria tertia.

Epist.Quærite domicũ dñ.Quia in lætitia.Esa.55.b

Euang.Et cum intrasset Iesus Hierosolymam.Mane au tem reuertens.Matth.21.b

Feria quarta.

Epist.Ascende ad me in montem:ad capitis finem vsq; Exo.24.c. Itẽ epist.Cunq; venisset illuc.3.Reg.19.a

Euang.Tunc responderunt quidam de scribis etc. vsq; ad finem cap.Matth.12.c

Feria quinta.

Epist.Quæso domine deus cœli fortis magne etc. vsq; ad finẽ capitis.Neemiæ.1.b R.Et factus est sermo dñi ad me.Quod si genuerit filium.Ezech.18.a

Euang.Et egressus inde Iesus.Et cum transisset inde Ie

IN DIE TRINITATIS.

ctum est autem. Luc. 10. d e

¶ Dominica decimatertia post penthecosten.
Epist. Abrahæ dictæ sunt. Prius aut quam. Gala. 3. c
Euang. Beati oculi qui vident quæ vos. Factum est autem. Luc. 10. d e R. Et factum est, dum iret in Hierusalem. Interrogans autem. Luc. 17. c

¶ Dominica decimaquarta post penthecosten.
Epi. Dico aut in Chro, spu. Si spiritu viuimus. Gal. 5. e
Euang. Et factum est: dum iret in Hierusalem. Interrogatus autem. Luc. 17. c R. Nemo potest duobus. Nolite ergo soliciti. Matth. 6. c

¶ Dominica decimaquinta post Penthecosten.
Epist. Si spu viuimus. Videte qualibus lris. Gal. 5. d. 6. a
Euang. Nemo potest duobus domi. Nolite ergo soliciti. Matth. 6. c R. Et factum est deinceps. Et exiit hic sermo. Luc. 7. b. c.

¶ Dominica decimasexta post penthecosten.
Epist. Propter pd peto &c. vsq ad capi. finē. Ephe. 3. c
Euang. Et factum est deinceps. Et exiit hic sermo. Luc. 7. b c R. Et factū est cū introisset, Dicebat aut. Luc. 14. a

Feria quarta quatuor temporum.
Epist. Ecce dies venient &c. vsq ad fi. ca. Amos. 9. d Itē epist. Cōgregatusq oīs ppls. Leuitæ aut. Neemiæ. 8. a
Euang. Et respondens vnus de turba. Et inde profecti. Marc. 9. c.

Feria sexta.
Episto. Conuerte Israel ad dominum &c. vsq ad finem capitis. Oseæ. 14. a
Euang. Rogabat autem illum quidam pharisæus &c. vsq ad finem capi. Luc. 7. c

Sabbato.
Epist. Decimo die mensis huius septimi. Et locutus est dns. Leui. 23. e Item epist. A quintodecimo ergo die mensis septimi. Locutusq est Moyses. Leui. 23. f.

ter eius.& Luc.2.d.

¶ In die sancti Matthiæ.

Epist. In diebus illis, exurgens Pet.&c. vsq; ad finem capitis. Act.1.c

Euang. Hoc est pceptū meū. Hæc mādo. Ioā.15.b. R. Confiteor tibi pater &c. vsq; ad finem capi. Matt.11.d

¶ In die annunciationis.

Epi. Et adiecit dn̄s loq ad Achaz. Quia anteq̄. Esa.7.b

Euā. In mēse aūt sexto. Et discessit ab illa angel. Luc.1.c

¶ In die sancti Marci.

Epi. Beatus homo qui inuenit sap. Fili mi, ne effluant. Prouer.3.b R. Similitudo aūt vultus eoꝝ facies hominis, Cumq; aspicerem. Ezech.1.c

Euā. Ego sum vitis vera. In hoc clarificatus. Io.15.a R. Post hæc aūt designauit. In q̄cūq; aūt ciui. Luc.10.a

¶ In die sanctorum Philippi & Iacobi apostoloꝝ.

Epi. Exurgens aūt princeps sacerdotū. Adueniēs āt. Ac. 5.d Tunc stabunt iusti &c. Ergo errauimus. Sap.5.a

Eaun. Nō turbetur cor vr̄m. Si qd petieritis me. Io.14.a

¶ In die sancti Ioannis baptistæ.

Epist. Audite insulæ. Hæc dicit dn̄s Esa.49.a R. Priusq̄ te formarē in vtero. Et factū est verbū dn̄i. Hie.1.b

Euan. Fuit in diebus Herodis. Et dixit Zacha. Luc.1.a

¶ In die apostoloꝝ Petri & Pauli.

Epist. Eodem autem tempore misit rex. Consideransq; venit ad domum Mariæ. Act.12.a

Euange. Venit autem Iesus in partes Cæsareæ. Philip. Tunc præce.di. Matth.16.b c

¶ In die beatæ Mariæ Magdalenæ.

Epi. Mulierē fortē qs &c. ad finē vsq; capi. Pro.31.b.

Euan. Maria aūt stabat ad monumētū. Cū ergo sero eēt. Io.20.c R. Rogabat aūt illū &c. vsq; ad fi.cap. Lu.7.e

¶ In die sancti Iacobi apostoli.

Epist. Iam nō estis hospites &c. vsq; ad fi.capi. Eph.2.d

IN DIE OMNIVM SANCTORVM.

COMMVNE SANCTORVM.

INDICIS FINIS.

DICIT DEVS.


¶ Non recedat volumē legis huius ab ore tuo:ſed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt cuſtodias & facias omnia quæ ſcripta ſunt in eo.Ne declines ab eo ad dexteram vel ad ſiniſtrā, vt intelligas cuncta quæ agis. Tunc diriges viam tuam, & intelliges eam.

IOSVE. I.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O.

Omnes ſunt quaterniores.





Brixæ. Apud Damianum & Iacobum
philppum fratres de Turlinis.
Mense Mai. M·D.XXXVII.

1—2—3

